JOANNIS BISSELII,

è Soc. JESU,

ANTIQVITATUM ANGELICARUM

veteris Testamenti,

TUBA JAMBICA

juxta Exemplar Ambergense

Augustæ Vindelicorum,

Apud Laurentium Kronigerum,
& Hæredes Theophili Cœbelii,
1701.

07/02/17

Lectori benevolo.

FElicium Angelorum Gesta, prodigiaq́, bipartita, sunt. Alia namque, divinis Bibliorum consignata voluminibus; alia, solîs Ecclesiasticæ, quam vocamus, Historiæ monimentîs prodita, venerunt ad nos.

Illa prioris generis Acta, sicuti Fidei pondere, sic & temporum decursibus, anteriora sunt, sæculorum illorum gestîs, ac libris; quibus auctoritatis Canonicæ fulcra desunt.

Lectori benevolo.

Hinc itaque factum est: ut, quæ thesaurus utriusque testamenti, *de rebus Angelicis, recondita tenet; ea, comparata cum actis* Angelorum *junioribus, priscares, & ANTIQVITATES, appellarentur.*

Cum bis autem solîs hîc mihi negotium est, cum illis alassis narrationibus, suum aliis esto. Tu fave.

Appro-

Approbatio.

EGo Jacobus Rasler, Societatis Jesu, per Superiorem Germaniam, Præpositus Provincialis, Antiquitatum Angelicarum Tubam Jambicam, Gestorum veteris Testamenti Libris Tribus deductam, à P. Joanne Bisselio, Societatis nostræ Sacerdote, & à Censoribus probatam, pro potestate à Patre Nostro Joanne Paulo Oliva, universæ Societatis Præposito Generali, acceptâ, in lucem per typum

dari

Approbatio:

dari, permitto. In cujus rei fidem hoc teſtimonium, chirographô & ſigillo officii mei munitum, dedi. Ambergæ, 10. Maji, 1669.

Jacobus Raſsler.

TUBÆ JAMBICÆ
Antiquitatum Angelicarum Testamenti veteris
INDEX.

LIBRI I.

I. *Ad Angelos, præfatio.* pag. 3
II. *Angeli DEum, conditô mundô, laudantes.* 4
III. *Ad Paradisum Angelus protoplastis iter claudit.* 7
IV. *Idololatriæ se Angeli opponunt.* 8
V. *In Abrahamum Angeli benefici sunt.* 11
VI. *Iidem, Loti, Sodomis extracti, servatores.* 13

INDEX.

VII. *Eliezer: & Isaáci connubium; & via Jacobi, per SS Angelos directa.* 15

VIII. *Labánus, per Angelum, plaçatur genero.* 17

IX. *Ab Angelo Jacob præstatur, adversùs Esavum, incolumis, in via.* 19

X. *Idem Angelos, omnî viâ vitâque reliquâ, deductores experitur.* 21

LIBRI II.

I. *Angelorum, antiquis cum Patribus, familiaritas.* 63

II. *Angeli, hominum instructores.* 64

III. *Jobi certamen, Angelos habens fautores.* 65

IV. *Angelus, Israëlem, ex Ægypto, per desertum Pharanæum, deducens.* 73

V. *Idem*

INDEX.

V. *Idem, in Palæstinam eis, post ebet*
sam Jerichuntem, dux comes q
expeditionum. 81
VI. *In Idolomaniam lapsos, ad pæ-*
nitentiam flectúmq; reducit. 85
VII. *Eosdem relapsos, Angeli, per*
Judices regésque, restituunt:
ac variè, nunc castigant; nunc,
adversùs hostes, tuentur. 92
VIII. *Idem quoque maximè præstant*
Hebræis Alexandriæ, in Ægypto:
temporibus q; Machabæorum. 96

LIBRI III.

I. *Præfatio; de transitu à Machabæis*
ad Prophetas. 187
II. *Elias Propheta, ab Angelis refe-*
ctus, ac sublevatus. 188
III. *Isaiæ gesta, visáque; Angelis in-*
termista. 192
IV. Eze-

INDEX.

IV. *Ezechielis, cum Angelis familiaritas, & negotia.* 196

V. *Danielis, & Angelorum, crebra sanctaq; consortia.* 206

VI. *Zachariæ vati, per Angelos, innumera facta ostentæ.* 218

VII. *Tobiæ historia, beneficiis Angelicis referta.* 228

VIII. *Judithæ, in castris, pudicitia, per Angelum defensa: victrixque reducta.* 240

De ra-

De ratione, omníque formâ, & œconomia, scriptionis hujus; AUCTORIS, Ad PHILIPPUM THEANGELUM, Epistola protreptica.

HAbes, amicissime mihi semper, & jam olim in Icaria mea memorate, Theangele, meas de Gestis; & per utrumque Testamentum divinum sparsis Antiquitatibus ANGELICIS, Meditationes. Has ego, per ea curarum diverticula, quæ nonnunquam à Ruinarum Illustrium typis vacabant, in Jambum, nonnihilô comicîs lusibus astrictiorem, vetustiô Divi Nazianzeni, Synesii, Joannis Damasceni, cæterorúmque vatum Solitariorum, exemplô transportavi. Posthæc autem easdem, sex annorum continuatâ sedulitate jam novies à me revisas, etiam decimo labore depectendas suscepi: sed, ut vereor, nihilo minù etiamnum villosas, & carminationis indigentes. Et exigere quidem ad Senecæ cothurnum omnia singuláque connisus; idipsum ostendere destinâram, in auctoris illius analogico PERPENDICULO, luci committendô Sed exscribendi, vulgandíque labor, & valetudo subinde fluctuans, votis bene con-

ceptis, ordiníque rerum directiori, turbas aliquantisper, ac moram, interjecerunt.

Nunc autem, avidam tuam, Angelísque meis inhiantem, exspectationem ulteriore suspendio cruciare non sustinens, quando Perpendiculum, adhuc inter amicorum manus vagum, mittere necdum queo; quod proximum est, ANTIQVITATES ipsas, hoc est, Ædificium ante Normam ædificandi, mitto: nec tamen clanculum, & furtivè, sed mundô palàm, & cum TUBA, nullius planè mei, sed solius Angelici Diviníque præconii. Quod autem ad exstructionem earum attinet; id arrogare mihi solum, pudenter tamen, possum: In his versibus à me religiosô rigore, constantérque, servatas esse, tam dimensionis, quàm compagis regulas illas omnes, quas Senecæum illud, de quo præfatus sum, Perpendiculum, è Senecæ vivis testimoniis, auctoritatibúsque proponit. Sic loca pedum; sic pedum inter se nexum; sic elisionum leges; sic cæsurarum receptacula; sic primi loci Procelevsmaticos, sic loci sexti puros dactylos, & amphimacros, secundíque loci Tribrachyn, sicubi usus iis, tractavi. Cùm essent autem Pedes nonnulli loci quarti sextíque paullò σκληροφανέστεροι, seu duriusculæ numerositatis quiddam præ se ferentes: iis frequentandis abstinere consultò volui; sicut & quinti loci nodo-

nodoſo quodam ſubſultu. Ne tamen aut ignorare viderer Syrtes illas; aut aſpernari penitùs, ac, ceu proſcriptas & infames, prætervehi: ſum & ipſis uſus, etſi parciſſimè; cùm interea numeroſiores iîs pedes, ac verſus, nullo negotio ſub manûm eſſent fluxuri. Sed nimirum, ità faciendum erat, ut illos etiam hiſpidulos ſemel, iterum, aut tertiùm, admitterem; quoniam & ii Senecam habebant uſurpatorem. Qualis, apud eum eſt, locô ſenariorum quartô, verſus, Pæonem habens quartum, ex pyrrhichio & jambo; qui Pæon loco quarto deſinit, cùm loco tertio cœperit.

Ut ſunt, remaneant: facinoris tanti notas
Referte——Hippolyti Actu 2. ſcena 3 fin.

Item alibi.

Vos pro paternis ſceleribus pœnas date.
Medea Actu 5. ante medium.

In cumulum quoque, plura paſſim.

Tum verò pavidâ ſonipedes mente éxciti.
Hippolyt. Act. 4.

Iners malorum remedium Ignorantia eſt.
Oedipodis Actu 3.

Contendat orbis reliquias magni Herculis.
Herculis Oetei Act. 5.

Tum, qui jacente reciprocus ludit ſalô.
Agamèmnonis Actu 3.

Per ſcelera ſemper ſceleribus tutum eſt iter.
Ibidem.

Per te parentis memoriam ôbteſtor mei.
Ibidem Actu 5.

APUD eundem scriptorem sunt & versus, qui, locô senariorum sexto, cum loco quinto partiuntur, & communem habent, Procelevsmaticum. ut,

Sed tu, malorum machinatrix facinorum.

Medea Actu 2. &,

Virile robur, nulla famæ memoria est. Ibid.

Locô præterea quinto subsultant, pede spondéo, versus Senecæi non paucissimi. velut hi.

Superate, & aliquid facite, propter quod patrem—

Thebaidos Actu 2.

Cùm occidis, & cùm paris, olim jam tuum.

Ibid. Actu 1.

Virtus Ulyssis nota Danais est satis.

Troados Actu 3. scenâ ultimâ.

Votum spopondit: nulla, propter me, sacro—

Hercul. Oetæi Actu 4.

Fortuna semper omnis intrà me stetit.

Medeæ Actu 3.

Quidquid potes, Medea, quidquid non potes.

Ibidem, ad fin.

Patriq; Orestes similis: horum te mala.

Agamemnonis Actu 2.

Mori volenti, deêsse nunquam mors potest.

Hippolyti Act. 3. sc. 2.

Pro me gerebas bella: propter me vagas —

Hercul. Oet. Act. 2. Cæteríque non dissimiles plures.

Horum autem, Theangele, quàm vix particulam,

culam unam attigerim σκληροφανείας, docent Antiquitatum Angelicarum omnes hi libri.

Qua verò parsimoniâ tractati sunt à me generum illorum, quæ produxi, versus Jambici: pari diligentiâ, cæteri quoque generis eos omnes, qui lectorib' inassuetis quomodocunq; distortuli videri, loripedésque, potuissent, velis ac remis, & obstinatâ fuga, declinavi. Cujusmodi, multorum è grege, proferri possunt, in specimen, hi tales.

Fulgore non est, quod oculos falsô auferat.

Thyestæ Actu 3.

Almæ parentis munere ego castam manum —

Thebaid. Actu 1.

His invidebis, quibus opem quæris, malis.

Oedipod. Actu 2. sc. 2.

Secum ipse sævus grande, nescio quid, parat.

Ibid. Actu 3.

Provolvitur, nescio quid onerato sinu. Hyppolyti Actu 4. post princip.

Pudet Deos, nescio quid? huc properè admove

Oedip. Actu 2. scena 2.

Cui fœminea nequitia, ad audendum omnia.

Medea Act 2. ante fin. ubi tribrachyn ponit secunda sede, sed insuetè præcipitatum: quippe, cùm cæteroqui, quoties tribrachys eo loco reperitur, vulgò monosyllabon vocabulum à Seneca continuò subjungatur; aut certè præcedentis proximè vocis residua syllaba reservetur, in Sedem tertiam se porrigens, & cæsuram

constituens. Prioris illius modi, sunt hæc exempla.

Te fatidice, te, præsidem veri, Deum. Oedip. fin.

Sed caussa tamen est, vixq; sufficiens malo. Hercul. Oetæi Act. 3.

Ipsius opus est; castibus fractus suis— Hercul. Furentis Actu 2. scenâ 3.

Posterioris verò generis, est versus iste. *Herc. Oet.* Act. 3. sc. 2.

Timet peragere. pròh diem! infandum diem!

Et magis iste, *Medea Actu 3. scena 2.*

Alienáque sequens regna, deserui mea.

Verùm ego, sicut dicere cœperam, superiùs annotatorum versuum formas illas horridulas universim devitans; de cætero, numerositatis (quæ compositionis omnis est Siren) impensè rationem habui. Cujus nec in Cæsuris quidem oblitus sum, ad hephthemimerin usque differendis, exemplo Senecæ frequentissimo. Quales hi sunt illius senarii.

Ferâ comâ hinc exterre: Orion deos. Herc. furent. Actu 1.

Vastam rogô flagrante corripiat trabem. Ibid.

Qui versus, & his similes alii, cum primis addecent cothurni gravitatem.

Sed ego, cùm Cothurni, gravitatísque senariorum memini, tibi nempe memoriam fortassis illius refrico cujusdam nodi, quem extricandum mihi, jam ante sexennium, die quodam objeceras; cùm ex me quæreres, *Cur*

in cele-

in celebrandis Angelorum, & Angelorum quidem, ut addebas, *felicissimorum*, *gestis & historiis*, *Senecais senariis*, adeóque *tragicis uterer* carminibus? tu namque versum præoptâras *heroicum*. Addebat, qui tunc nobis assidebat, Allodoxus Umber, tecum sentiens; *tristes jambos*, in funestis eventibus usurpari solitos, *Angelorum latissimis facinoribus invitos servire* coactum iri. Tu verò, super hæc, interrogabas me, *Quidnam in* Angelorum *felicissimorum actis esset* lugubre, sive *tragicum*?

At ego quæ tunc utrique vestrûm respondi breviter, eadem & nunc, sed explicatiùs aliquantò, respondeo. Primùm, ac generatim. Serum est, &, quod Græcus dicit, μετ' ἐορτάς, ad Heroum carmen impellere scriptorẽ velle, Jambô jam perfunctum. Non tam dives otii sum; ut opus meum, post urceum jam eductum, in amphoram nunc demum refingam. Quid vis? ad hoc metri Jambici genus, non mei solius genii, sed quorundam etiam, amicissimorum mihi, stimulis & impulsu pertractus, accessi. Nôrunt ii, fatebuntúrque (qui vivunt adhuc) vera me proferre. Rationes autem afferebant desiderii sui; partim, quòd mirificè se dicerent, jam olim, affici cothurnatis legendis; cujusmodi studebam esse mea, tametsi talia fortasse minùs sunt, & infrà votum: partim, quòd in majorem aliquem deduci cupiebant usum id genus versus; & ad Senecæas

exactum leges, apud plurimos tamen hodie jacentem, Senarium: qui paulatim deinde cupidinem excitaret, viámque præſterneret, felicioribus ſaltem venâ meâ venis, & ingeniis; ad tragœdias olim Apolline famâque ſecundiore componendas. Ad quam rem haud parùm momenti, ſuo tempore, conferre Perpendiculum quoque Senecæum poſſe, diſputabant; illud ipſum, inquam, quod, ad metam jam perductum, ſub trutina nunc eſt, ac libripende, pluſquam unius amici reviſoris.

Deinde, decernebam ipſe mecum, è mente, non ſolius Julii Scaligeri, ſed cæterorum quoque ſapientûm complurium; Ad Senarium, quem vulgò tragicum, ad comici diſtinctionem, appellant, non requiri vel ſemper, vel ſolas, carnificinas, tyrannorum acta crudelia, funeſtos eventus, & aſſiduas lacrymas: ſed ſufficere ſæpe, grandia, magnifica, valde ſeria, gravitatis plena, metum ac terrorem incutere valentia; tametſi lætiſſimus ſubinde rerum exitus emergat. Talis eſt, in veteris Poëtæ, Romaníque Conſulis, Auſonii verſibus, quæ viceſima prima legitur, ad Paulinum epiſtola, quadraginta ſex ſenariis deducta. Talis, Aurelii Prudentii, viri Conſularis, Abrahamus; argumentum lætum, ſexaginta trimetrorum, & octo. Talis, ejuſdem Hamartigeniæ prologus; ſexaginta quinque verſuum. Talis &, in ejuſdem ipſius periſtéphanon carmini-

minibus, S. Romani Martyris Corona glorioſa; pluſquam mille, centum, & quadraginta Jambicorum, ad Senecæ formam, trimetrorum: unum, & continuatum, opus. Talis denique noviſſimè, Grotii Delphenſis *Sophompaneas*, ſeu *Joſephus*; tragœdia, nullorum funerum, ac ne cataſtrophês quidem ullius luctuoſæ: ſed luſus, quantū plauſu lectorum, ac ſpectatorum, tantùm quoque Pharaonis regis hilari congratulatione clauſus, & finitus.

Dic jam mihi, Theangele; Quid Antiquitatum Angelicarum omnes hi libri continent, quod argumenti majeſtate, vel uni Prudentianorum, aut Grotianorum illorum, cedat, & inferius reperiatur? Non ſunt in his jambis meis meræ mortes, lacrymæ, tyranni, carnificinæ. fateor. At nec in illorum, quos adduxi, lucubrationibus. Sed plus tibi do, quàm initiò deſtinâram: ac nempe, quoniam auſus es interrogare, *Quidnam tragicum in felicissimorum Angelorum historia mea?* quem in ſenſum & Umbri vergebat oratio; quæ *nulla, niſi latissima*, videbatur *Angelorum* agnoſcere *facinora*: Do veſtrûm, inquam, utrique *Tragica*: do *facinora, non-latissima*: quoniámque ſic inſtatis; ea, per omnes hos antiquitatum libros, pérque partium præcipuarum enumerationem percurro.

Sunt enim *non latissima*, ſunt lugubria, jambóque Senecæo, quàm Plautinô, digniora ſequentia,

Libro primô. Luciferi, de cœlo, caſus, ab Angelis Deo fidis, promotus. Primorum hominum in paradiſum reditui, via januáque, gladiô Cherubini prævallata. Sodomorum everſio. Jacobi patriarchæ labores, exilium, reditus in patriam; à ſocero, fratre, periculis variîs, infeſtatus. *Libro ſecundô*; Jobi tragœdia, flagelláque ſeptennii, circumquaque graviſſima. Pharaonis Ægyptii, cum omnibus copiis ſuis, ſubmerſio. Labores & ærumnæ gentis Iſraëliticæ, per ſolitudinem Pharanæam. viginti trium millium trucidatio; propter ſcelus, ad Phógorem admiſſum. Jerichuntis everſio. Chanaanitidis exciſæ nationes. Locus flentium, Angelicis increpationibus, & populi lacrymis, impletus. Davidis, populum numerantis, acerrimè caſtigata, per gladium Angelicum, arrogantia. Sennacheribi deletus exercitus. Heliodorus, dirè flagellatus; & cæteri Machabæorum hoſtes, variè paſſim oppreſſi, ſublatíque per Angelos. *Libro tertiô*, vatis Eliæ, ſanctis Angelis adminiſtris, geſta grandia; regibus gravia, cunctis formidanda. Viri gementes & lugentes; terrifica ſolii divini ſpecies; & Inferorum quoque formidabilis facies, ab Ezechiele conſpecta. Danielis quatuor beſtiæ; totidem imperia terrarum exciſa: tum Antiqui-dierum thronus flammifluus, & Judicii noviſſimi prævifio minax. Babylonica fornax. Leonum lacus. Za-

çhariæ vatis equi, ſtantes inter myrteta per noctem; & alia ſpectra plura. Joſedechi filius pontifex, Çhriſti patientis figura. Tobiæ ſenioris exilium, cæcitas corporis, ærumnæ variæ. Saræ virginis luctus; & ejuſdem afflictus, & infeſtatus ab Aſmodæo, thalamus. Tobiæ junioris periculoſum iter. Orientis vaſtator Holofernes, à Juditha trucidatus. Hæc omnia librorum ſunt trium, de geſtis Angelorum *veteris teſtamenti*, themata tragica. *Novi* verò teſtamenti rerum Angelicarum, iſta ſunt geſta, vel eventa, ſeveriora.

Librô primô, Jugum, quo populus Dei premebatur, & ſub quo gemebat, Herodianum. Plebis melioris, & Zachariæ Sacerdotis, clamor in cœlum; pro exorando liberatoris adventu. Zachariæ terror: ejuſdem, incredulitatis pœna. Beatiſſimæ Virginis prægnantis, & Joſephi ſponſi fluctuantis, alterna mœſtitia. Chriſti parvuli, cum iiſdem, in Ægyptum extruſio. Cædes innoxiorũ infantium. Chriſti, jam adulti, ſolitudo, jejunium, impugnatio. Piſcina Bethſáida; diverſis, & multis à languentibus circumſeſſa. Lazari pauperis, & epulonis divitis, tragœdia. Chriſtus patiens, in Oliveto ſuam orſus ſenſilem paſſionem; & in monte Golgothæo finiens. *Libro ſecundô*, Terræ motus, in anáſtaſi Redemptoris; & militum exanimis terror, ad Angelicum aſpectum. Angelorum, poſt Aſcenſum Chriſti, gra-

viſſima terrificáque paræneſis; ad diſcipulos directa. *Libro tertiô*, peregrinationes Pauli laborioſiſſimæ. tempeſtates ejuſdem maritimæ; tandémque naufragium. Petri, neophytis primis & Eccleſiæ naſcenti luctuoſus, carcer; & ſupplicii, triſtis exſpectatio: cædes militum; & Herodis Agrippæ, per Angelum percuſſorem maturatus, interitus.

En, pleraque ſanè, quæ memorata nunc ſunt, *non lætiſſima*, Theangele, ſed *tragica*. quæ cur heroicô potiùs, quàm tragicô, ſuæq; nempe materiæ cognato, verſu memorarentur; nondum equidem ſatìs adhuc aſſequor: ĭn tanta præſertim eorum, qui veteris æquè, noviorísque fœderis, Angelica, cæteráque, geſta carminibus heroicîs exſecuti ſunt, multitudine: quorum agmen ducunt, Divo laudatus Hieronymo, Juvencus presbyter, Pontius Paulinus, Eudocia Græca, Proba Falconia latina, Nonnus Panopolites Græcus, Hieronymus Vida Latinus, & ejuſdem linguæ duo Pici Mirandulani, Iacobus Sannazarius in Lamentatione, de morte Chriſti; Iacobus Bidermanus, in Infanticidio: denique noviſſimè, Gallicorum Poëtarum ille, qui Moyſen orbi dedit applaudenti.

Quòd autem *Feliciſſimos* dicebas *Angelos*: ſunt illi quidem; quis neget? & erant, ac deinceps erunt, ſine fine durationis: ſed non ideò cothurnati versûs incapaces, quippe, nihiloſecius

ſecius inter hæc, divinæ, quantùm clementiæ, tantùm vindictæ juſtitiæque, ſatellites ac miniſtri. Plus dicam: Ipſo quoque DEO, ter opt. max. quid *Felicius*, atque beatius: *in cujus* tamen *incidere manus*, *horrendum eſt. qui ſpiritum aufert principum*; *Deus æmulator*, & *ignis conſumens*: cujus, in perditè flagitioſos, ſupremam iram, quis pro rerum pondere jambus aſſequatur? & eam tamen hic in ſpectaculis ſæpenumero producit.

Ad extremum (ut aliquando veſtibulum hoc operis mei proparæneticum, in epiſtola, finiam) librorum ſingulorum calci *Teſtimonia*, ſicut in *Ruinis* mihi moris eſt, &, volentibus Superis, deinceps etiam erit, unà cum Obſervatiunculis intermiſtis, ſubjunxi. *prolixè*, fateor: Sed ita tamen arithmeticis, tam in ipſo corpore, quàm in Animadverſionibus, alligata connexáque calculis; ut ea mutari, vel etiam (ut Allodoxus tuus optabat) *dimidio ſui minui*, jam ſerum omnino ſit, ac prorſus importunum. Unicus etiam Numerorum illorum utrimque ſede ſui versûs emotus, cæteros ſubſequentes ad unũ omnes ſuâ moveret. Quantò majorem ergò multitudinem immutationum intruderent, numeri complures, & innumerabiles paſſim, ad Allodoxi nutum extrudendi? Maneant itaque potiùs, aliorum decretô; vel, ſi multum, ubi breviari poſſunt,

(utì sæpe poterunt) velut effluentes racemi castigentur. Et breviter! utut sit; Redundare doctis aliquid, quàm deesse rudibus, præstabilius erit. Pacatæ mansionis otium, etiamsi quandoque superfluum, quàm tot mutationum turbulentum negotiũ, malle debemus: parúmq; referet, nonnunquã etiam acutissimo nonnemini displicere quidpiam; dum interim lectoris, adhuc tironis, lucem promoveat. Nam, ad eruditos quod spectat; quis Virum, disciplinarum omnium jam antè gnarum, & callidum, ad tale quid tangendum, nedum evolvendum, adigit? Indigentibus isthæc, non copiosis, & eruditione differtis, scripta sunt. Addo verò, nequid eorum, quæ fastidire fortassis Umber tuus posset, celem: addo, sparsim etiam ea, quæ prioribus jam alibi locis exposita fuerant, paucissimis à me verbis esse relibata: sed nempe, propter eos, qui particulam duntaxat operis medii, non ipsum ab exordio totum opus, ad metam usque pervolvere, destinatum habent. Nec inficias eo; me notissima quoque nonnulla, velut, *Titanem* pro Sole, *Phœben* pro Luna, *Melpomenen* pro Musa tragicâ, *Stygem* & *Avernum* pro locis inferis, & alia, similia talium, interpretatum; non sanè doctis, sed in hæc incidentibus subinde lectoribus, qui vel nunquam ista Parnassica triverunt, vel annorum oblitterata longo situ, dedidicerunt; idcóque memoriæ retossionem desi-

desiderant. Alioquin autem, in Notarum hujusmodi, seu frequentiâ, seu nonnunquam & prolixitate, verissimæ quoque *Necessitati* serviendum erat: primò *generatim*, ob immensam multitudinẽ citandorum, è sacris bibliis, locorum: quibus nulla marginum amplitudo, spatiáque, sufficiissent. Deinde *particulatim*, in *prioribus* quidem *libris ternis*; quòd veterum gestorum, ac vaticiniorum, integra non poterant argumentorum capita partitionibus præfigi: longitudine capitum repugnante. quô factum est, ut Zachariæ pars quædam, tenebrosa foret, ac nubila: si Notæ, spectantes illuc, aut omitterentur; aut omnino non, vel neglectim, legerentur. In *posterioribus* autem *ternis libris*, multitudine notarum, & diffusione fuit opus, propter *Calicem* maximè *Passionis*; & locorum, ab Apostolis obitorum, aut præternavigatorum, topothesiam. In his ergò, juvandus lector, etiam aliquando firmior, erat; *Notationibus* saltem, ut ità dicam, *segmentitiis*, quæ rem, minùs alioqui perceptu facilem, illustrarent. Et idipsum tamen, vel tibi, Theangele, vel Umbri, de quibus scis, fastidiis, excusarem; si, seu meum, seu primum, esset exemplum. Idem enim à me præstitum est, antehac, nullo damno lectorum, in Ruinarum decadibus: ad quas, in Antiquitatibus etiam hisce, crebrò provocare cogor; nullâ penitùs ostentatione, sed talis compendii caussâ, quale

sequitur, quisquis, lumen accensurus, sulphuratum libentiùs domestici foci prunis, quàm exteris ac longiùs petendis, immittit. Tædebat nimirum, & planè non vacabat, iteratò tot veteres scriptores ostiatim circumcursare: cùm in promptu tamen essent mea. Præstiterunt autem, quod ad Annotationes attinet, idem meâ memoriâ, familiariter mihi noti, viri docti, Iacobus Pontanus, in suis, quà Sacris, quà litterariis, Colloquiis: &, suis in Viridariis, Matthæus Raderus. Superioris autem memoriæ, suis in Institutionibus Emmanuel: ac (ne de pluribus dicam recentioribus) ante sesquisæculum, id ipsum suis in lucubrationibus diligenter fecit Picus, non Joannes, sed Joannes Franciscus, Mirandulæ Comes; ut in Eruditorum Elogiis Paulus Jovius tradit, Nucerinus Episcopus. Qui, tametsi perspicaci, nescio cui, judici, *fidei*, sicut ipse loquitur, *Indubitata scriptor non sit; nec ejus, in similibus, tanta vigeat apud Scriptores auctoritas, ut ei per omnia fides habeatur*: mihi tamen, aliisque mecum, & ante me, *Jovius*, non Antistes tantùm sacrorum pius & gravis, sed historicus etiam diligens, cordatus, ac veri studiosissimus; semper est visus: cui denique satìs esse debeat, Orbi placuisse; licèt orbis incolæ fortassis uni sit improbatus. Verùm, ut ad Mirandulani Comitis factum, sua scripta, cum Pontano, Radero, Vincartio, ceterísque, per Observationes illustran-

ſtrantis, revertar; Magno viro, magna conſilii ſui fuit, & iſta nempe, ratio: Quò librorum ipſius intelligentiæ captuíque detraheretur errandi periculum; quod ex, alienis ab auctore, verborum ac ſenſuum interpretamentis, fetè ſolet enaſci: quando frequenter, non modò præter, ſed planè contra, mentem Auctoris, progreſſu temporis *Gloſſæ*, quas vocant, adferuntur; quibus plerumque divinationis & commenti plus, quàm commentariorum ac Veritatis, inſit.

Hæc, Theangele, præmittere, quoniam ſic & tu volebas, placuit, meis his *Angelicorum* actuum *Antiquitatibus*. quibus hunc præfixi titulum, non eâ, qua Roſinus *Antiquitatibus* ſuis *Romanis*, vocabuli notione; cùm leges, ritus, ſacra, mores, exſequias, templa, Deos, exponit: ſed, quo ſenſu veteres, qui *Flavii Joſephi* res Hebraicas in Latium è Græco ſermone transtulerunt, *Antiquitatum Judaicarum* viginti libros inſcripſerunt. in quibus, à primis ad ultimas uſque paginas, merus eſt hiſtoriarum veterum contextus, ab eo labore diſtinctus; quo *bella* gentis illius noviſſima, per libros ſeptem, digeruntur: quibus ille propterea nomen ἀρχαιοτήτων, & ἀρχαϊκῶν, id eſt, Antiquitatum, & veterum, negavit, ac ſubtraxit. His ſic, ut confido, ſatis explanatis,

Tu

Tu quoque, si tui moris adhuc, & antiquus es, assentieris, valebis, & Dactylothecam, quam nôsti Luchavio scriptam, ad libri tertii calcem exspectabis. Quartodecimo Kalendas Majas, anni 1669.

ANTI-

TUBÆ JAMBICÆ ANTIQUITATUM ANGELICARUM VETERIS TESTAMENTI

LIBER. I.

ARGUMENTA partitionum.

I. *ANgelorum laudes, ac Tituli; cum eorundem invitatione ad meritorum ſuorum, ac propenſæ voluntatis erga genus humanum, præconia recognoſcenda.*

II. *Angeli inter res conditas univerſas omnium fuêre primi, qui laude, rationis compote, Deum celebrarent. Quo locô proinde, occaſionéq;, interſpergitur Angelicæ, contra Luciferum, pugnæ, ſuccincta, pérque tranſennam, narratio.*

III. *Angelus, duobus Protoplaſtis, Paradiſô ejectis, ſpem, eodem aliquando redeundi, flammis interſepit, atque claudit.*

IV. *Idololatriæ, poſthac mundum omnem occupanti, ſummis ſe viribus opponunt Angeli: ac, ne in alieniſſimis quidem à Deo populis, ſuam operam*

ram desiderari patiuntur; donec Abrahamum tandem, ejusdem olim studii sui consortem futurum, sedibus atque terris impiorum educant: Qui suis deinde sacræ fidei Magister fit.

V. Ab Angelis in Abrahamum, ejúsque familiam, congesta beneficia. Ubi, de Agare præsertim, déque Ismaële, agitur: nonnihil autem etiam de Isaáco, victimæ destinatô; sed, Angeli interventu, ac dehortatione, ereptô.

VI. Lotum, Abrahæ nepotem, hospitalitatis studiosum, duo Angeli Sodomorum incendiis subtrahunt: Loti Uxore interim in ipsa via (quoniam ad urbem flagrantem, stultô commiserationis affectu, curiositatéve, ducta, retrospexerat) per ingens prodigium transformatâ, ac post suos relictâ.

VII. Isaáci, ac Rebeccæ, nuptiarum conciliatorem, Eliézerum, Angelus in itinere Mesopotamico dirigit: & illius ejusdem postea conjugii fructum, Jacobum, peregrè tuetur; atque è Labáni Soceri fortunis, ad Generum derivatis, locupletat: idque modis, ipsi à Deo concessis.

VIII. Jacobi Patriarchæ lætum è Mesopotamia reditum, Labánus socer interturbat; eum insequens, & afflicturus. Quem tamen Angelus, Dei vices agens, & Jacobi tutorem se præstans, in somnis compescit.

IX. Eodem in itinere, Jacobum à formidabili fratris ejus Esávi occursu, indemnem Angeli præstant: ac deducunt.

X. Ja-

X. Jacobi Patriarchæ reliquum iter; vitaq; felix, post obitum, terminus, atque receptaculum.

I.

Ad Angelos Præfatio totius operis.

MEntes beatæ; nulla quas carnis ligat
Compago, nulla corporum moles gravat;
Quíque absolutæ primus est laudis gradus,
Non propria fœdat macula, nõ Ortûs lues: (1)
Stellantis aulæ Purpuratorum-domus, (2)
Summíque Regis, Tripodis è Sacri sinu
Mandata dantis, efficax operum manus:
Cœlestis antrum, thalamus, & requies, Patris;
Ac, transmarinô (3) fulgurans aurô, foris,
Et intus, Arca: (4) cujus in gremio cubat
Pax, atque Fœdus, astra quod terris jugat: (5)
Qui, cœlô in ipso, (venia sit, fanti nova!)
Cœlum Tonanti melius è vobis (6) daris;
Admissionis arbitri primæ, (7) ANGELI:
Superi Senatûs Auris interior; DEI
Consessus, ac tribunal, in quosvis (8) reos.
Faciles Camœnis (9) este, jam cœlo sacris;
Vestræque cunas gentis, & res, ac duces,
Et, bellicosâ laureas partas manu,
Spectate tot, quot (10) Æthra nos, oculis
videt.

Nec

Nec veſtr hôc vos retrahat, aut pavidos
fuget,
Animi modeſtus horror, à cœtu, ac TUBA,
Angelica mundo décora quæ attonito canet:
Neu' vos ſuperbus transfugæ furor Angeli, (11)
Riphæa Scythiês aſtra poſcentis ſibi,
Aquilonlæque ſedis, alatô gradu,
Latus ambientis, terreat vindex rogus.
Procùl hinc abeſt rebelle Luciferi caput:
Procùl igitur (12) & Ruina, quam Faſtus ſtruit.
Ab hac ſuimet décoris, è gaza Ætheris
Quod cujq; veſtrûm fautor impĕdit Tonans,
Scenâ modeſtâ, nulla frons criſtam trahet;
Tractámve, faſtu ſurriget Thraſonicô. (13)
NAM, tota laus hæc Angeli, laus eſt DEI.

II.

Deum laudant Aſtra matutina;
id eſt, *Angeli.*

ILlud, quod annos, luſtra, quod menſes, dies,
Noctésq;, punctum (14) cœpit exortu rudi;
Hujc univerſo laquear, ac fundum, (15) dedit;
Cùm ſerpſit ingens Orbis, è Nihili ſinu.
Repentè Terra, quíque terram circuit,
Olympus, arcis ampla Sidereæ domus;
Repentè Pelagi, ſimùl & Aërius, liquor,
Ac ſphæra Flammæ (ſphæra ſi flammæ tamen
Premit ulla ventos, quam ſuus paſcat vapor)
Elementa (16) mundi, quadrupla mixtorum
parens,

Nobi-

Nobilis, & illâ digna compages manu,
Stetêre: rerũ campus, immenſùm patens. (17)
Homo decêrat his, mirator, & mundi, & Fabri,
Cujus potente ſtabat hæc dextrâ ſtrues.
Non defuêre, qui, ſtatas Homini, vices
Laudibus obirent Regis: aſſuetum DEO,
Expérsque pigræ molis, Animorum genus.
En! Angelorum natio, cœlo ſata,
E flore rerum facilè primævum DEI
Exemplar, illud Sedis ætheriæ decus;
Summo coæva, párque, Nobilitas, polo. (18)
His Patria, cœlum; (19) Genitor eſt, cœli Deus; (20)
Mater, creantis Mens (21) fuit, proli favens,
Ac liberali merita prævenicns (22) manu;
Quos, nequis eſſe Filios Summi Patris
Dubitare poſſet; ceu novæ ſobolem Roſæ,
Fovebat omnem Regii plantam ſoli
Alumna cura: niveus, è Libycæ feræ (23)
Artifice (24) dente, lectulus, gremium DEI;
Nutrix, ab omni Charitas (25) ævo fluens:
Lac, purus ille mentis Angelicæ nitor,
Cœleſtis inhians ſemper Oceano meri.
Hæc Angelorum prima tunc Ætas erat,
Olympicæque ver recens Infantiæ;
Sed non & Infans ſenſus, aut impos manus.
Eliſit illa quippe bullatas minas
Stygii Draconis, bella moturi DEO.
Draco victº; axe pulſus; in præceps datus; (26)

Vi-

Victríxque melior Factio, (27) pálmam tulit.
Tunc in canoros (28) prima se solvit modos,
Et in beatos ora laxavit sonos,
Concorde liquidum voce Pæanem canens,
Angelica, mille densa millenûm (29) phalanx (30)
Legionum, in Arce lucidâ, Signîs ovans;
VIVAT, triumphet, Numen! & ploret Draco!
Ubi tunc latebat (31) oris Humani tuba;
Cùm, prima mundi tecta fabricantem, DEVM
Iubaris sonarent antelucani Lyræ;
Operíque pulcro succinens, plausum daret
Ingens Tonantis-Filiorum exercitus?
Hinc procùl Adamus aberat, & quisquis suum
Rubram (32) referret genitus ad Glebā genus:
Procùl indè sexus alter (ac pejor) sacros
Qui thure, flammâ, pecore, cumularet focos;
Regémque pronô coleret ætherium genû.
Numen proindè, ter-bonum, ter-maximum,
Spiramen, (33) omnî tunc natans rerum marî,
Citharâ sonabat mentis, è solîs suum
Spiritibus implens agmen, Angelicus vigor.
Hæc, conditarum sola tunc rerum, DEUM
Occinit, chororum (34) turba modulatrix
NOVEM.

III. *Homi-*

III.

Hominum primorum creatio; è paradiso ejectio: &, per Angelum, intercluſus eis reditus.

AT ipſa ſenſim ut gentis Electæ domus,
Pietásque, vires caperet à numero novas;
Non niſi dierū (35) quinque, nec ſterilî, morâ,
Operoſa mundi vênit ad metam ſtrues;
Hexameræque molis, è riguo luto, (36)
Emerſit, idem & finis, & dignum Caput, (37)
HOMO primus: (38) ut, cum-lateris, ac ſocii-
thori,
Participe Nymphâ, (39) præter Umbriferi ſolū
Nemoris Edénum, (40) præter & Cœli DEUM,
Haud colere nôſſet aliud; haud aliô frui. (41)
Sed perdidêre generis hi pretium ſui;
Nec inſtiterunt décoris agnati viæ,
Quin lubricos ad vetita proferrent pedes.
E ditis Horti, (42) quódque plus, ditiſſimi
Nemorum Satoris, ac viretorum, DEI,
Cultoribus; repentè retractô gradu,
Mancipia, faſtu-turgidæ, (43) facti gulæ,
Omnî ſuperbas dote Paradiſi plagas,
Et Cherſonéſon Aurcam, Lernæ lutô;
Roſeta, mutant, vepre; (44) quisquiliîs, opes.
Hôc Protoplaſtos (45) dulcium pretiô dapū,
Evam, reúmque ſceleris Evæi virum,
Mactavit, alti ſpiritûs Venter-DEUS. (46)

Qui, quò recolerent uſquè, ſibi ſuetîs Aquæ,
Et Ignis, interdictum (47) ab Excelſo bonîs;
Aſtræa, (48) recti præſes, & vindex mali,
Pelli beatô juſſit hos arvô (49) Reos.
Mox Fontis illis ora quadrifidi, (50) Tonans,
VITÆQUE frondes, (51) lege præſecuit novâ;
Foris his, & intùs, enſe flammivomô necem
Minitante certam Cherubis (52) ultoris manu.

IV.

Idololatriæ exortæ, ſe Angeli ſancti opponunt: &, in hoc, ad ſui imitationem perducunt Abrahamum.

HActenus, Olympi congruîs Regi, litans
Angelicus Æther cultib⁹; promptè dedit,
Superus quod Anim⁹ debet Animorũ Patri. (53)
Nunc & coronæ décora, nunc, laurô comas
Victrice cinctas, ut darent Clientibus,
Adamidásq; (54) redderent dignos DEO,
Habilésque cœlo, quáque fas, ſibimet pares;
Quàm vaſtum arârint Cœlites rus, & mare,
Pianâ, juvabit, temporum ſerie cani.
Nunquam theatrô pictor Angelicô manum,
Nec penicillo ſubtrahet digîtum manus
Laborioſum; fida dum, noſtrum in genus,
Durabit illis mens, & indulgens amor.
Tot namq; nos, è prodigo lapſa æthere,
Favoniorum dona Superorum fovent;
Quot aſtra, Cœli calle lactifluô, (55) natant.

Idolo-

Idololatria Regnum universale.

Passim solutis ibat hic frænis FUROR,
Et omne rumpens juris Impietas jugum,
Quæ tetriora semper aggessit mala;
UNO relictô, PLURA qui non est, DEO,
Adulterinæ multa venerari tholîs (56)
Divinitatis, ex Averno, Numina.
Nam, sordidos ut quisque per nigrius lutũ,
Pollutus omni pure vitiorum, pedes
Traxisset; obitâ morte, fiebat DEUS:
Et, à tepente cinere semianimis rogi,
Jovis evolabat (57) Umbra, quatientis polum;
Morúmq; vitæ, turpiter gestæ, lues,
Flos insolens, ac sidus exibat novum: (58)
Et, qui sub atro Dite, jam dudum sui
Dedécoris omni jure supplicium dabant;
Ferrea minantes fata, jam Martes erant,
Cum Venere: quò tot fœda Nox quondam stupris, (59)
Tot flammeorũ mœcha, Junonis (60) quoque
Quateret Cubile, turpis in palmam thori.
Ad summam! ubivis, alma quà lucet dies,
Divûm superbîs ibat excelsum rotis,
Ut quidque, vel Calore petulanti jecur,
Vel imminentis cladis, agitabat, Metu:
Sua cujque mens, ac studia, fabricabant Jovẽ:
Quot Orbis atomis, tot redundabat Deis. (61)

Idololatriæ progressum, Angeli retardant; Abrahamus, emigratione damnat.

Adversùs ista, sæpe sidereâ è domo
Ad ima volitans, turba Cœlicolûm, loca;
Per Eoa, Libyca, Scythica, per Atlantis salô
Dissepta Bætis-Regna, carpebant iter; (62)
Potiúsque Curis, quàm pedum celeri impetu,
Perambulando Bactra, Babylonem, Syros,
Remorâ ligabant utili turbæ impiæ,
Remis & Austris incitatam, Insaniam.
Trucis, en! paternô raptus ex Uræ rogô, (63)
Charræque (64) cautè profugus infido solô,
Nepote comite, patruus, ac sociâ fugæ
Uxore, Tharræ filius, (65) frater Saræ, (66)
Abrahamus Uram, Hebróne; peregrinis agris, (67)
Permutat arva, culta Chaldæo bove.
Ibi, dum magistris lustrat Aligerîs polum; (68)
Magnete tractus Numinis, Numen tenet:
Animíque ducibus Angelis, animum polit.
Posthæc, & aliis ipse prælatâ face,
Fit Abrámus orbis creduli Dux, & Caput:
Fit obsequentis stirpis, ac fidæ, Pater. (69)
Ità tum gradatim, carpta Phlegethontis phalanx, (70)
Limite juberur jura breviori dare.
Abstracta vapidis, hinc, & hinc, lémurũ sacris,
Vi veritatis, cæca mens mundi-Senis;
Melioris Aræ (71) ritibus nomen dedit.

Hæc

Hæc inter, ut Tonantis hanc ritu piô,
Stabilísq; cultûs lege, celebrandi viam,
Hominum profundô figerent sensu Angeli;
In quot, rogo, & quàm dispares versi modos,
Orísq; formas, Regis è superi domo,
Arcana, tacitis antè tablini serîs
Operta, patulo deinde recluſa ostiô,
Telluris avidis intulerunt auribus?

V.

Beneficia Angelorum in Abrahamum, ejúsque universam familiam.

*D*Ecimum trahenti pæne jam decenniũ, (72)
Sparsôq; canis, Abrahæ, thalami irrito; (73)
Seniôque fessæ, ac pæne capulari Saræ,
Fœtum patritium, (74) nec, nisi ingenuô satos
Thorô, nepotes, spondet Aligerûm favor.
Juvenes, imago pariter, ac numerus, Sacræ,
Qua fruitur Æther, TRIADIS, affantur Senem: (75)
Vaticina fundunt, ebrii cœlô, omina;
Inter catina lacte, quà pressô recèns,
Et, quà fluente, (76) plena, similâq;, & favô;
Meridiantes quando Tres cœlô advenas,
Velut Unum, (77) adorans, larg' excepit senex,
Hebrónidis sub stirpe foliosâ casæ:
Mambræa fieret Quercus (78) ut Hebronis solo
Buthrótiis (79) Chaónia (80) quod fuerat
Dryas. (81)

Id hoſpitalis præmium menſæ fuit;
Dominis futuræ ſobòlis, ex pacto, fides.

Agar, & Iſmaël.

At Famula quid, Memphæa(82)progenies,
Agar?
Hujc, conſciâ, nupérq; duce tedæ, Sarâ,
Abrahæ-jugalem, jure nuptarum,(83)thorum
Inire juſſæ, ſed fugâ famulam ſimùl,
Et exuenti conjugem, placidâ obvius
Superus ephébus (84) voce, non vanum ſpei
Indicit uterum: retrahit hanc vetus ad jugum;
Cuj naſcituri nomen, ingenium, decus,
Et in arma promptam (85) filii dextram, canit
Nec data fuiſſe verba, ſed certam fidem,
Factísq; planam, docuit, & res, & dies.
Conceptus, oritur Iſmaël; vivit, viget;
Saliénsq;, ludit. (86) hinc, novercalem ſubit
Acerbitatem. Patris extruſus lare,
Animam, datam ſpes generis in magnas, agit.
Gelidô ſed undæ dulcis oſtensô vadò, (87)
Animatur oris Mater ætherii ſonô.
Hic (88) Iſmaëlem, fila fugitivæ nigra
Vitæ trahentem, nec procùl lethô ſitam
Matrem, levans; reſtituit animoſæ ſpei.

Iſaac, ab Angelo morti præreptus.

Nec hos tamen ſe tenuit intrà limites,
Ætheris, in arctis rebus, Angelici favor,
Aut, in clientes ſumpta, Tutelæ fides.

Qui

Qui, Matre quippe barbarâ, ac ſervâ, ſato,
Tulit Iſmaëli ferreo (89) clemens opem;
Latices in æſtum, robur in ſalebras viæ,
Portans ab alto: liberi (90) ſobolem thori
Negligeret ánne Tutor? & curam Saræ
Projiceret, Agaris ductor? Expediit Saram
Tunc, palpitantem quando ſub patria manu,
Strictíque radiis enſis, Iſaácum necci
Subtraxit, ipsô Genius in punćto necis: (91)
Abrahæ machæram pariter, ac dextram, gravî,
Vetantis ictum, vocis (92) imperiô ſtitit:
Ne Mater orba, neu' Pater gnati latro,
Jus, cæde talî, ſanguinis peſſum darent.
Abit ergò, vinclis liber, & gladiô, Puer:
Pueri vices, Patrísque ſacrificam manum,
Dux pecoris, Aries, vepribus implexus (93)
ſubit.
Hoc nempe virtus vera fert pretium ſuî!
Cœleſtis, in ſe, providos curæ trahit
Oculos: & ad ſe flectit ex alto DEUM;
Tot excubantem, pro ſuo, ſtudiis, grege,
Quot nocte cœlum facibus innúbi micat.

V I.

Lotus innocens, ab Angelis ereptus Sodomîs: Uxor Loti, ab iiſdem in ſale relicta.

SEd, grande quamvis autumes, lethô erip;
Lethô, quod, ultra membra, nil Homini
neceſt,

Animam tamen valere, quis, majus, neget?
Animis, ab obitu læta ſortitis loca,
Jactura duci Carnis in minimis poteſt:
Quæ, ſi Cinis poſt fata fit, ſibi fit Cinis;
Neſcit dolere. Siquod eſt Hominis tamen
Ingens, & omni parte terrificum, malum;
Id eſt, id unum, grandis exitii genus,
Quo corpus unà, ménsq; (pars melior) ruunt
In ſulphurata Tartarorum incendia.
QUI ſic perierit, ſtrage quàm multâ perit?
Hoc hoſpitali fulmen à Loti casâ,
Abrahæ retractus precib', (94) avortit Tonans,
Geminíque, ſævæ bajuli flammæ, Angeli:
Nemoroſa Vallis quando Regalis (95) loca (96)
(Pentapolis, ajo, Venere-famoſa oppida)
Furor unus, ultor Cypridis infandæ rogus,
Pluente ab aſtris Tartarô; (97) peſſum dabat.
Sodomîs in ignem, ſulphur, ac picei fretum
Stagni, liquatis; execrandi ſeminis
Hircos Averno merſit Impietas ſua,
Bis-mortuos, (98) ac duplice mactatos Stygę.
Lotæa tamen ut funus effugeret domus,
Angelicus, & non modicus, (99) extorſit (100)
labor:
Ac, liber igne, Lotus, hoſpitii (101) tulit,
Latebræque, pretium; quale Cœlicolas decet.
Quòd nupta-Loto occiderit, infelix anus!
In agreſtis humilē verſa pyramidē ſalis; (102)
Stultitia fecit, mobilis ſexûs ſoror;
Mentísque, patriâ clade depreſſæ, dolor, (103)

Cum

Cum perditâq; gente pereundi furor.
In quæ proinde pruriit fata, irruit:
NAM, quis ſaluti ſervet iratam ſuæ?

VII.

Angelica, erga Eliézerum, Iſaácum, Rebeccam, & Jacobum peregrinantem, beneficia.

Rebecca.

DIverſa Sodomæ nuribus, (104) Abrahami nurus,
Exire terris jùſſa Chaldæis, duce
Eliézeriô, (105) ducísq; rectore, Angelô; (106)
Lare patriô migravit. Hinc Larium ſacra, (107)
Et ſemetipſam, tanta quantumvis ſuis,
Maſcula reliquit Virgo, tunc; quando, ſibi
Relicta ſoli, gentis ignotæ loca,
Ignotiorum, petiit, aſtrorum plagas;
Nihil ambigens, ut limen Iſacium ſequi,
Sic & mariti ſacra, virtutes, DEUM.
Syriſſa (108) ſic, Hebræa fit; Virgo, nurus; (109)
Rebecca, mater; ſæculi Phœnix ſui,
Ipſôq; Nympha ducta Paranymphô DEô.

Rebeccæ bonæ, bonus Filius, patriarcha Jacob.

His nuptiis progenitus Abrahami nepos,
Patriæq; laudis certus, ex aſſe & quadrâ,
Hæres, Jacobus; matris è norma piæ,

Etiam ipſe ſequitur Numen ingenuô pede.
Hirti (110) ſed iras fratris horreſcens, jugîs
Emigrat Hebrónis. Indè, cognatîs (111) agros
Cultos aratrîs, (. unus, atq; idem, ſimùl
Exul ſuismet; exteris, hospes; nepos,
Gener, & Labáni paſtor, ac meſſor,) petit.
Hic, mirus ille paſtor eſt, tot qui ſuô
Campum laborum commodô ſeſe Angelis
Exhibuit, hîsq; frugibus dignam aream.
Hi Juvenis, arva patria linquentis, duces;
Euntis iſti Fulcra, redeuntis Quies,
Sudantis Umbræ; caſibus Scuta aſperis;
Et, in omne punctum ſortis, adjutrix manus.

Scala Jacob; & Ovium felix fœtura.

Hi, ſilice durâ lene, ſub ſomnis, caput (112)
Suffulcientem, vigile, per gnavas vices,
Statione cingunt; &, novos terræ inſitos,
Ad uſq; Cœli tecta, fabricandô gradus, (113)
Placidi Tonantis lucidô nictu frui
Dant Exuli: reſerántq; Fatorum fores. (114)
Iidem Jacobo, paſcui pactas (115) agri (116)
Curas gerenti, ſocia curarum dabant
Aſyla, tecta, ſepta, bucolicum-pedum: (117)
Intérq; pecorum regna, paſcebant pecus;
Gregûmq;-fœtus inter, augebant gregẽ: (118)
Agnísq;, & Homini, pariter addicti Angeli,
(Quis nõ ſtuperet?) ætheris quanquã Themin
Docti, docebant rem tamen pecuariam;
Quâ lucra Soceri pauper ambederet Gener.

(119) Ità

Ità quippe stolidum, fas erat, carpi pecus.
Alii Labánus, haud sibi, vellus gerens,
A digniore debuit pecti manu:
Ut jam nepotis caula (120), vix caperet gregẽ;
Et Avunculi macilenta deflueret Pales. (121)
HÆC digna cupidîs lucra sunt, falli lucris!

VIII.

Labánum, Jacobo genero iratum, Angelus compescit; & reconciliat.

Jacobi è Mesopotamia, reditus.

Regis ergò dives, éque bis geminô thorô,
Bis-sex (122) futuræ liberûm stirpis pater,
Cunctísq; felix sortis opulentæ bonis; (123)
Modica Jabocci, (124) & ampla Jordanis, (125)
vada,
Superat: Labáni rure pecorosô redux;
Quem baculus (126) olim nudus, extorrem domô,
Ultra plagas Euphratis, (127) ac, riguos Tigrî
Haránis (128) agros, pedibus abstulerat vagis:
Cui pera tunc, vix Cereris, (129) ac fusci (130) salis,
Tenui diætâ (131) farta, lassârat latus:
Sarráca (132) nunc, onusta Chaldaicâ penu,
Opibúsque dites exteris bigæ, premunt.
Dulci redibat igitur Isacides (133) fugâ;

Patris, ac paterni tractus illiciô laris.

Laban, Jacobum insequitur.

At, en! ut expers Æoli (134) nullus ferè,
Quàm-libet amœnus, cadit in Oceanũ dies,
Pelagíque nulla pax diu fluctu vacat;
Ità, blandioris ferò vix sortis sinû
Jam cœpta recipi, prolis Isaciæ (135) quies,
Dum tenet apricum madida; fatorum fidem
Atroce verti sensit in Furias Notô:
NE Justus, idem semper & Felix, foret.
Generi migrantis, en! premit dorsum socer;
Socer, ense pariter sævus, ac lethi minîs. (136)
Inflatur; irâ fervet. at, jurgans licèt,
Tamen reprimitur; abstinet ferrô; manum
Tenet incruentam, ferò (137) qui linguã tenet.
Quòd indè capite redeat indemni gener;
Non iste soceri, cereus flecti, favor,
Sed fuit Olympi-Regis, in Hebræos, (138)
amor:
Ac vox, Labáno mollè-sopito minax, (139)
Feriore si vel ore generum stringeret.
Os rétudit igitur asperum, rétudit Syri (140)
Minas, & enses, jactus ex alto metus. (141)
Cervíq; (142) hic animos fregit, & cornu ferox
Vertit retrorsum, Noctis è cœlo fragor. (143)

I X.

Jacobum ab Esávi gladio Angeli tutum præstant.

Jacobi

Jacobi redeuntis aſperum iter.

IAm Patriarcha, Numinis fultus manu
Sat viſus, alacrî properus urgebat gradu
Iter inſtitutum; pænè fluitanti prior,
Pernicióq;, (tantus eſt Reditûs amor!)
Jordáne; (144) cujus placida radebat vada.
Via fit, Cavos, (145) hinc, inter exceſæ ſpecus
Syriæ, ſcabræq; teſqua Trachonitidis: (146)
Illinc, per altis nemora terebinthis (147)
nigra;
Et, rore gummi fluida, (148) Galaádis (149)
juga.

Eſau Jacobum terret.

En! alia callis inquietati (150) mala!
ESAVUS, hoſtis priſcus, invaſor novus,
Et tunc, inolitâ (151) bile, nil Hominis geren
Sed Bactriani nemoris aſperior tigrî;
Oeſtrô (152) cruentô fertur in fratris caput.
Is advolare, cinctus & ferrô & virîs,
(Qui bis ducena ſcuta bellaci manu
Quaterent, Edómi ſtirpe, ſede, ac Martiis
Inſcripta ſignis) audiebatur: nec id
Mendace Famâ. Dux Idumææ (153) horridus,
Et anhelus, aderat. Hoſtium denſum globum
Affluere, rapidô calce, jam pulvis pedum,
Magìs ac magìs propinquus, indicium dabat.
Hinc ergò metus; hinc pallor; hinc, miſtus
fugæ,
AD ARMA! clamor: hinc, rotans oculos, necis

Imago ſæva; hinc reducis, & preſſi metu,
Ad mite tenſæ Numen Jăcobi manus.

Angeli, Jacobi auxiliares.

Valuêre vota. Supplici præſtò fuit
Vis ſupera, quamvis nulladum Eſávô procùl
Spargente tela: (154) póſtq;, cùm, mediô mali
Ardore fumans, Fratris inſtaret furor. (155)
Ætheria quippe Caſtra, (156) pennatæ DEI
Phalanges, agili per cavum lapſæ aëra
Zephyrô; ſalutem voce dum blanda ferunt,
Simùl oris hilarî jubare cor vegetum viro,
Robúrq; tantis ſuggerunt æquum malis.

Luctæ Jacobi cum Angelo.

Alibi, ſpecimina virium ut pavidi ducis
Dextram duellis fortibus promptam darent;
Potentiore, jamque vel divis pari,
Pugnæ palæſtrâ durat hunc Genius pugil: (157)
Luctæq; validum, nec reluctari rudem,
Abire pompâ facilè victrici ſinit;
Victúmq; ſeſe, ſponte teſtatus ſuâ, (158)
Vocat ISRAELEM, quem JACOBUM acceperat. (159)
Ità, ne nihil ceſſiſſe Gabrieli (160) Duci
Cliens videri poſſet; hunc Gabriel jubet
Exúere priſcum nomẽ, amplecti novũ. (161)

Jacob, & Eſau, reconciliati.

Sic præparatus ergò germani (162) feris
Patriarcha pugnis; vacuus humani metûs

Eſá-

Eſávicis magnanimus occurrit minis:
Hebetéq; quamvis femore, nervíq; impotens
Stupore, (163) claudum traheret hinc atq; hinc
pedem; (164)
Animi tamen prævalidus, in campo ſtetit:
Abiénſq;, Idúmês (165) fregit & ferrum, & dolos: (166)
Incunte pacis pacta galeatô Duce, (167)
Donîs (168) redempta Fratris, (169) ac pronô
genu. (170)
Plus loquor: Edómum, (171) fœderis nexu,
Iſraël (172)
Ex hoſte fratrem feçit; è rabidis, oves,
Tigribus; (173) &, è Latrone, (174) tutorem
viæ; (175)
Comitémq; in omnes ſtrenuum belli vices.
Stat ergò, qui ſic ceſſit: erigitur, cadens: (176)
Boſtæq; (177) ſimul à Rege palmiferæ, (178)
ſtatam
Aufert triumphis gloriæ-frondem, (179) Iſraël (180).
HÆC igitur ars eſt vera bellandi; Tenor
Animi quieti placidus; ac mentis ſtatus,
Quem cujq; pugilum dictat Aligerûm ſchola.
Qui, Diſſidentûm-fœderis fidi auſpices,
Imparia-Paria lege componunt (181) novâ.

X.

Jacobi, reliquam per viam ad mortem uſque, ab Angelis deductio.

His

His ergò Ducibus, prosperô vicit gradû
Regalis arva Vallis; (182) ac latè vagam
Bicipitis-amnis, (183) Israël (184) legit viam.
Sic, cis Peræam (185) mille quæ pascunt feras
Arundineta, (186) plúsq; mille antris hiant;
Sic & Chanánis (187) omne, quà Titan cadit,
(188)
Ac defluí Jordanis Hesperium (189) latus:
Sic et Salémum (190) trivit, ac Sichimam (191)
priùs;
Póstq; hanc, (192) Ephrátham, sera Bethlémi
dabit
Cuj nomen ætas; næniam, Herodis furor:
Rachéle téneri fata fleturâ gregis.
Posthæc, Hebrónis (193) alta transcurrens
juga,
Niloticæq; (194) rura perrumpens humi;
Dum, sesqui-pænè-sæculi seniô (195) gravis;
Longinqua vitæ peragrat operosæ freta (196):
Ablumptus annis, ABRAHÆ subiit nepos,
Avita semper gesta sectatus, SINUM; (197)
Ductore, per disparia terrarum, DEÔ: (198)
Qui JUSTUM, (199) & inter curva, (200)
rectigradum stitit.

In

In Librum I.

Antiquitatum Angelicarum veteris testamenti, Testimonia, & Observatiunculæ.

I. (1) *Peccatum Originale* : quod malum non transivit à Lucifero in reliquos Angelos, Sicut ab Adamo ad cæteros homines. *Nec enim Angelus, apostasia primus auctor, interminationem pœnæ talem pro se, cunctisque cæteris Angelis, acceperat; sicut Adamus, pro se, totâque suâ posteritate. nec Angelorum ullus ab alio descendit Angelo, per propagationis viam; sicut homo ab homine. Vide Theologos, de Actibus Humanis, ubi de peccato originali:* & S. *Augustin. Enchiridii cap. 25. 26. & 27. tomô 3.* (2) Senatorum, ac Procerum primariorum familia. *Porrò Antonius Gaudier, librô de Præsentia Dei, cap. 17. tribuit hæc, & horum similia Prædicata, titulósque, etiam cuivis animæ justæ. Quippeni igitur (à fortiori) conveniant etiam beatis Angelis? Et revera, tam hæc, quæ posui, quàm his ipsis multò plura laudum, ac Symbolorum ornamenta,* directè *congerit* in sanctos Angelos, *Sophronius Ferosolymitanus, homiliâ insignî de Angelis: quæ legitur tomô 2. homiliarum ex Patribus, ad festum S. Michaëlis Archangeli. quem tu Sermonem, (si legere placeat,) nec molestè,*

leſtè, nec inutiliter, volves. Ad Tripodem quod ſpectat, eſt ille hôc locô, Sedes Oraculorũ, *qua de ſua Providentia, Præſcientia, & Sapientia aterna, penetrali Deus fundit: meliùs & veraciùs, quàm è tripode ſuo, cortinâque, Delphicus olim Apollo fundebat. De qua vide, ſi lubet, qua ſcripſi in Ruina Philippi Macedonis, decad. 4.* (3) *Aurô* ex Ophir: *quem locum ſunt qui velint hodiernum eſſe* Perù, *ſeu Peruvium, in America, trans Atlanticum Oceanum: de quo vide Joſeph. Acoſtam, l. 1. Novi Orbis, titul.* De Perù. (4) Fœderis *cognominatâ, de qua Numerorum 10. legimus, v. 33. & Exodi cap. 25. v. 10. & 11. Erat autem hæc* Arca *inaurata.* (5) *Fœdus nimirum ſanciendo, inter Deum, & homines. Hujus perſtudioſi ſunt feciales,* Angeli-Pacis: *qui ſic dicuntur Iſaiæ cap. 33. v 7.* (6) *In illa Geneſis cap. 1. verba,* Creavit Deus Cœlum & Terram, &c. S. *Auguſtin. lib. XI. de Trinit. cap. 9. nomine* Cœli (*in ſenſu ſcilicet myſtico*) *accipit Angelos: apud Cornel. à Lapide, in caput. 1. Geneſ.* (7) Admiſſionis primæ, *jam & olim dicebantur, & erant, ex amicis Principis,* Intimus quisque: *eò, quòd iis,* præ aliis, *aditus concedebatur in penetralia interiora.* Et Admiſſionales *ii, qui tales admittebant, dicebantur: ut eſt apud Lampridium, in Alexandro Severo.* (8) *In Angelos apoſtatas, cum Michaële adversùs eos occlamando,* Quis, ſicut Deus? *In homines protoplaſtos fœdifragos; adversùs quos Deus, ad Angelos bonos, quaſi ſyn-*

critos,

critus, dicit Genes. 3. v. 22. Ecce, Adam! quasi unus ex nobis! ut *Oleaster & Tostatus* opinantur. *Et denique Christus, se venturum ad Judicium denuntiat,* cum Angelis suis, *ceu syncritis & assessoribus, Matth. 16. v. 27. Et quidem,* cum omnibus Angelis suis. *Matth. 25. v. 3.* (9) Camœnæ, *vel antiquiùs* Casmœnæ, *priscis ac profanis Poëtis erant, quod vulgò Musa novem.* Sacræ *verò fiunt; quoties, ut hîc, argumento sacro famulantur.* (10) Æthra, *est Cœlum serenum; splendor & sudum cœli; summa cœli pars. Cicero 2. de nat. Deorum. Græcè* αἰθὴρ. *Virgilius Æneid. 3. v. 85* Nam neque erant astrorum ignes, neque lucidus *æthrâ* Sidereâ polus, *&c. Et lib. 12. v. 47.* Námque volans rubrâ fulvus Jovis ales in æthra, Littoreas agitabat aves &c. Oculi *porrò* Æthræ, *seu Cœli, nocte sudâ serenâque, sunt* Stellæ. *De quibus, Abrahamo Deus ait Genesis v. 5.* Suspice cœlum, & numera stellas, si potes. (11) *Tumida Luciferi rabies*: qui dicebat in corde suo, super astra DEI exaltabo solium meum: Sedebo in monte Testamenti, in lateribus Aquilonis (*Septentrionis, ubi montes illi Scythici sunt,* Riphæi *dicti,*) ascendam super altitudinem nubium. Similis ero Altissimo. *Isaiæ 14. v. 12. &c.* (12) *Versûs istius Pes primus, est* Proceleusmaticus. Ruinam *porrò Luciferi de Cœlo in inferiora, adstruit etiam Christi testimonium, pœnam Superbiæ Lucifc-*

ciferiana ſubindicantis, Luc. 10. v. 18. Videbam Sathanam, ſicut fulgur de Cœlo cadentem. *De Ruina verò illius nominatim in Gehennam, loquitur S. Iſaias cap. 14. cit.* Veruntamen ad Infernum detraheris, in profundum laci. *quæ verba, ad litteram quidem de tyranno Babylonio dicta, SS. tamen Patrum ſummô conſenſu, myſticè de* Principe Diabolorum *exponuntur. Vide Diſputationẽ Theol. cui titulus,* Officium Angeli Cuſtodis, *Præſide P. VVolfgango Gravennegg, Dilinga excuſam.* (13) *Superbiam jactabundam glorioſi militis Thraſónis, ſatìs omnibus notam efficit Gnatho Terentianus, in Eun.*

II. (14) *Primum temporis momentum, ſeu* Inſtans *phyſicum; quod, primo Creationis rerum die, quando necdum erat* Primum mobile (*adeóque, nec* menſura motûs primi Mobilis; *quæ temporis noſtratis eſt philoſophica Definitio*) non *ſanè* Tempus ipſum *propriè, ſed* initium, *aut inchoatio* Temporis *erat. Multò verò minùs,* Tempus *tunc è mente Varronis erat* : *ſecundùm quem,* Tempus *eſt,* intervallum Mundi, ac motûs, diviſum in partes aliquot, ab Solis & Lunæ curſu, (*qui tum nondum erant.*) *Ideóque potiùs* Punctum, *hoc eſt,* Inſtans *ſeu* Momentum, *viſum fuit appellandum. Vide verò & Cornelium in caput 1. Geneſ. ad ipſum initium illius Commentarii, & v. 1.* (15) *S. Chryſoſtom. homilia 2. in Geneſin.* DEUS (*inquit*), præter humanum morem, ſuum perficiens ædificium, priùs

priùs Cœlum extendit; postea & terram substeinit: priùs Culmen, & postea Fundamentum. *Quibus similia habet & S. Basilius, in hexam. homil. 1. &c.* (16) *Elementa mundi, quatuor, tam symbola, quàm asymbola, sunt corporum mixtorum quasi mater, illorúmque matrix: seu jam actu sint in illis, seu virtute tantùm, ac potentiâ. V. Aristotel. in 8. physicis.* (17) Genes. 1. v. 31. (18) Cœlo empyrio, *quod est summum, & suprà omnia alia corpora cœlestia. Huic* coævi *dicuntur, & sunt,* Angeli. S. *certè Thomas Aquinas, parte 1. quæst 61. artic. 2. ad 3. & in corpore quoque illius artic. censet; Probabilius dici, Angelos, ceu quandam Universi partem, aut portionem, non antè, ac separatim, ante alias omnes Creaturas, fuisse conditos; sed,* simul cum Creatura corporea: *negans interim, se propterea penitùs rejicere S. Greg. Nazianzeni sententiam, dicentis sermone de Natali Domini,* Ante omnem *Creaturam (immò, ut verbo ejus inhæream,* Creationem) *genitos esse Angelos. Ex qua sententia tamen, non modò non imminueretur, sed è contrario potiùs augeretur, Angelorum Antiquitas. Priorem illam S. Thomæ sententiam amplectitur etiam S. P. N. Ignatius, Meditatione de primo omnium Peccato, punctô 1. de Lucifero.* (19) *Et quidem* Summum, *seu* Empyrium: in quo, (*& verò etiam,* cum quo) *utpote* nobilioris Universi partes, *creati fuerunt in statu Beatis-*

situdinis; non quidem Supernaturalis, quia hæc consistit in Visione beatifica: sed tamen in naturalis. Vid. S. Thom. P. 1. q. 61. a. 4. (20) *Hoc enim adjunctô, distinguebatur jam olim* DEUS verus, *à* Diis falsis *gentilium. Jonæ 1. v. 9. ait nautis idololatris Jonas*: Hebræus ego sum; & Dominum *DEUM-Cœli* ego timeo: qui fecit mare & aridam. *Vide & caput Geneseos 24. v. 7.* (21) *Liberâ quippe voluntate, nullâ verò prorsus necessitate, creavit illos. psal. 115.* Omnia, quæcunque *voluit*, fecit. (22) *Angelos omnes initiò* in Gratia *fuisse Creatos*, probabilius *esse*, *docet S. Thom. 1. parte, Q. 62. art. 3. & S. Ignatius noster supponit, Exercitiô 1. suprà citato. Hoc ergo DEI beneficio affecti fuerunt, antè, quàm mererì quidquam possent: quippe, qui non essent, priusquam crearentur.* (23) *Elephantis: quam belluam videlicet Africa nobiliorem generat, & alit; quàm vulgus Indicarum sylvarum.* (24) *Synecdoche: causa pro effectu, artifex pro artificiato.* Dens elephantis, *seu* ebur *è dente, hîc significatur; è quo ebore lectuli fieri solent principalium Infantium. Illustratur autem hic locus, etiam è Petronii Carmine de Romanorum abusibus, posinit: & illô Propertianô, lib. 2. eleg. 31. de Æde Apollinis.* Et valvæ, Lybici nobile dentis opus. *Ubi notes,* Lybicum dentem, *pro Elephantino; & pro eburneâ materiâ. Quòd autem* Angelis, *ut Dei primis & percharis filiis*, eburneæ cunæ, *in thalamo Patris cœlestis, tribuuntur: respicit rursus*

hôc

hôc locô ad illud, quod Lucæ XI. v. 7. in parabola, Paterfamilias cœlestis ad Amicum, importunum interpellatorem, dicit; Jam ostium clausum est, & pueri mei (*ante Christi Ascensionem soli Angeli*) mecum sunt in Cubili. (25) *Quippeni namque de* Angelis *etiam* Electis, *dici possit in accommodatitio sensu, quod, ex ore Dei, apud Jerem. cap. 31. v. 3. de Israëlis populo*; In Charitate perpetua dilexi te? Idcò attraxi te. (26) *Isaiæ 14. v. 11.* Detracta est ad Inferos Superbia tua. &c. (27) *Pars illa, cujus melior, & justior, erat caussa bellandi, pro Gloria videlicet Dei, asserendâ Deo, & abrogandâ Diabolo. Metaphora est, petita à certaminibus Quadrigariorum Circensibus & arenariis: in quibus* factiones *seu Sectæ antiquitus* Quaternæ, *coloribus discriminabantur*: Venetа *scilicet, hoc est, carulei coloris, & marinorum fluctuum similis*: Prásina, *viridis*: Alba; & Rosea, *seu Russa*. (28) *Hic* Cantus *mox infrà dicitur* Pæan: *peragi solitus, reportatâ victoriâ; nec in laudem duntaxat Apollinis, sed subinde, quorumlibet etiam Divorum*; *ut patet è Pindari opere* παν θεοδόξῳ, *quod is idcirco* Pæána *inscripsit*. (29) *Daniel. 7. v. 10.* Millia miliium ministrabant ei. &c. (30) *Agmen militare, seu Acies Macedonica, longior, quàm latior, octo millium armatorum* peditum *fortissimorum, &, Curtio teste, l. 3.* stabilium. *Romanis* Legionarii *erant*. (31) *Job. 38. v. 5. ait Deus ad homi-*

hominem: Ubi eras, quando ponebam fundamenta terræ? cùm me laudarent Astra matutina (*inter quæ Stellæ quoque sunt* Lyræ cœlestis) & jubilarent omnes Filii-Dei? *id est, Angeli.* (32) *Ex* terra Rubra (*inquit Cornel. à Lapide in caput 2. Genes. v. 7.*) *quæ est in agro Damasceno illo, non Syriæ, sed Hebrónis, productum fuisse Adamum protoplastum; multorum est traditio. Ab hoc ergò* Limo Rubro *primi parentis, nemo non nostrûm descendit.* (33) Spiritus est DEUS. *Joan. 4. v. 24 & epist. Joann. 1. cap. 5. v. 7. Et Genes. 1. v. 2.* Spiritus Dei ferebatur super aquas. (34) S. *Greg. Mag. homil. 24. in Evang.* Ordines *appellat Angelorum, quos alii, & inter eos, S. Thomas Aquinas, in oratione illâ suâ devotissimâ, veréque Theologicâ, ante studia,* Choros: *& uterque numerat.* Novem (*ait S. Gregor.*) Angelorum Ordines dicimus. quos & mox *è S. Paulo nominat. S. verò Thomas*; Qui de thesauris Sapientiæ tuæ Novem Angelorum-Choros condidisti. &c.

III. (35) *Die Dominicô, Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, omnes Creaturæ, exceptis solis animalibus terrestribus, conditæ visebantur. Additus his, die Sextô, cum jumentis & bestiis, Homo; complementum & rex operis hexámeri, id est,* ἐξ ἡμερῶν, *Sex dierum.* (36) *Pulverem, seu terram, è qua conditus fuit homo, Aquâ fuisse subactam, & quodammodo coagulatam, censen-*

com-

complures: *& in iis, apud Cornelium in caput* 2. *Genes. v.* 7. §. Nota tertiò, *Tertullianus.* Et sanè, *Cadavera humana resolvuntur vulgò in Terram, & Aquam, ceu sua Elementa: ut observat ibid. Cornel. v.* 7. *ad initium.* (37) *De Homine psaltes ait regius, ps.* 8. *v* 6. Constituisti eum super opera manuum tuarum: *ceu Caput nempe Creaturarum sublunarium. Est autem idem homo, quedam & Summa, seu Compendium, earum; ex mente S. Gregorii hom.* 29. *in Evangelia.* Omnis creaturæ aliquid (*inquit*) habet homo, &c. (38) *Genesis* 1. *v.* 17. *& Genes.* 2. *v.* 7. *Unde &* πρωτόπλαστος *Græcis dicitur.* (39) *Cum Evâ, tunc etiamnum Virgine: qua* particeps *fuit* Láteris *Adami sui; quia corpus Evæ de látere Adami sumptum, ac formatum erat. Genes.* 2. *vers.* 21. 22. 23. Socii *verò* thori, particeps *eadem fuit; quia Adamo in conjugem ab ipsomet Deo data, & collocata. Genes.* 2. *v* 22. *&* 24. (40) *Conditus fuit Paradisus, die Mundi* 3. *in loco voluptuoso, ad Orientem; cuj loco nomen* Eden. *unde adjectivum* Edénus, *a, um. Ità nominăt eum* 70. *Interpr. Ità Hebræus. Vid. Steph. Menoch. in* 2. *Genes. v* 8. *Cornel. ibid. Salian. T.* 1. *in diem Mun.* 3. *tit. de Paradiso. Hunc locum, & hortum, Adamus, in eum translatus, excolere jussus erat, & custodire. Genes.* 2. *v* 8. *&* 15. (41) *Ecclesiastici* 17. *à v.* 1. *usq; ad v.* 12 (42) *Genes.* 2. *à v.* 9. *usq; ad v.* 15. *Vide etiam Jacob. Salian.*

Annal. Tom. 1, locô, modò citatô: &, qua disserui in Ruina Humani generis, & protoplasti Adami, Decad. 1. (43) *Protoplastos in lapsum impulit, non magìs curiosa voracitas, quàm impia stultáque divinitatis affectatio; concepta Serpentinîs illîs è vocibus,* Eritis (*si comederitis*) sicut Dii, scientes bonum & malum. *Genes. 3. v. 5. Hinc & Deus, lapsis postea insultans, non tam ingluviem exprobravit; quàm vecordem ambitionem*: Ecce, Adam, quasi unus ex nobis! (*si superis placet*) sciens bonum, & malum. *Genes 3. v. 22,* (44) *Genes. 3. v. 18. In hac porrò locorum & rerum ἀντιθέσει, observandum*; Chersonésson Auream *vulgò censeri hodie* Sumatram Indicam, *in* Oriente Trans-Gangetico: *quam tamen* Ortelius *ex* Arriano, *in* Typo Geographico Terrarum-Orbis, *veteribus* cogniti, *sic locat sub Æquatore; ut ei ad Austrum mox adjungat Insulam, quam* Auream *appellat: in* Périplo *verò* Erythræi maris, *Fámboli. Quidam verò* Malaccam *opinati sunt* Auream *fuisse* Chersonésum: & Continentem, *illi ad latus Euro-Aquilonare prætextam, cum Ptolemæo nominaverunt Continentem, seu Regionem,* Auream. *Caterùm* Chersonésus (χερρόνησος) *peninsula est:* & Aurea *dicta, propter opulentiam,* & *auri copiam.* Lerna, *Achaia lutosa palus est: in qua fuit hydra, notissimus ille Herculis labor.* (45) *Adamum & Evam superba unica gula, ex hortulanis ditissimis effecit exules*

exules Paradisi pauperrimos; symbolâ convivii, sanè carâ. (40) *Ad Philippens. 3. v. 19. de voluptatum illicitarum venatoribus:* Quorum Deus, Venter est: & gloria, in confusione ipsorum. (47) *Patrio solò, vel civitate suâ. putsus, antiquitus hac formula damnationem ingerebat:* Velitis, jubeatis, Quirites; ut, *exempli gratiâ*, Marco Tullio aqua & ignis interdicatur. *Cic. pro Domo suâ.* (48) *Filia Jovis & Themidis* (*inquit Hermannus Torrentinus*) *ob æquitatem suam. Justitia dicta.* (49) *Locus enim Paradisi universus olim longè, Fortunatas etiam insulas, felicitate præcessit.* (50) *Genes. 2. v 6. & v. 10.* Fons ascendebat è terra, irrigans universam superficiem terræ. Et fluvius egrediebatur de de loco voluptatis, *seu, Eden*: qui indè dividitur in Quatuor capita. &c. (51) *Genesis 2. v. 9.* Produxítque Dominus Deus Lignum-Vitæ, *in* medio Paradisi. (52) *Genes. 3. v. 24.* Ejecítq; *Deus Adam*: & collocavit, ante Paradisum Voluptatis, Cherubin: & flammeum gladium, atq; versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. *Inflectitur porrò Vocabulum hoc* Cherubin, *in Singulari numerô, non tamèn,* Cherubinus, *ni, apud Latinos; sed etiam*, Cherub; *cujus, si Declinabile facias hoc nomen, genitivum proferre possis*, Chérubis: *habésq; nominativum hujus in Prophetâ Ezechiele cap 28 v.* 14. Tu Cherub existentus: *& alibi sæpius, apud eundem: necnon in l. Exodi c. 25. v. 23. &c.*

IV. *Ità S. Paulus Hebr. 12. v. 9.* Deum *appellat*, Patrem Spirituum. (54) *Patronymicum est*, Homines *significans*, *ab Adamo*, *primô hominum*: *ut*, *Æacida*, *arum*; *Romulida*, *arum*, *&c*, *ab Aéaco*, *Romulô*. (55) Galaxia *Græcis*; Via Lactea, *philosophis Latinis*: *tractus firmamenti*, *seu Octavi cœli*, *stellis innumerabilibus refertus*; *tanquam guttis effusi lactis conspersâ totâ illâ Zonâ*. (56) *Propriè*, (*forsitánque primæva Impositionis*), tholus, *est* scutum, *mediô positum tectô*; *in quo trabes concurrunt*: *Secundariâ verò notione*, Testudo ædificii, *præsertim* Sacri; *rotunda plerumque*, *feréq*; Choro, *quem vocamus*, *circa Summam templi Aram*, *superincumbens*: *ex quo loco donaria*, *priscis ritibus*, *hodie verò*, Lampadas *ac* lychnuchos *suspendi*, *receptum moribus est*. *Dicitur autem subinde* Tholus, *integra domus*, *rotunda*; *præsertim sacrata*, *sive Templum*. *Ovid 6 Fastor*. (57) *Alluditur hîc ad Idololatrarum ἀποθεώσεις illas*; *in quibus*, *è rogi funebris supremô culmine* Aquila *nonnunquam evolabat*: *avis*, *inquam*, *vulgò Jovi comes in picturis ac simulacris adjungi solita*. *Joan. Rosinum vide*, *Antiquit. Rom. lib. 3. cap. 18. Sueton. in Augusto*, *circa fin. de funere*, *& exsequiis illius*. (58) *Sueton. in Julio vide. cap. 88. Sidus illud innuere Maro quoque videtur Georgicor. 1. ante fin.* Non aliàs cœlo &c. *Manifestiùs verò sub finem Æneid. 7.* Stans celsâ in puppi &c. (59) *Homer. Odyssé-*

a

sea 6, de Martis & Veneris adulterio. Nox porrò, hôc loco, Actum turpitudinis notat, inter duos: quorum altera, sit aliena nupta; quæq; Flammeum aliquando Sponsa gestârit; hoc est, Velum nuptiale, novis nuptis suetum. (60) Connubiorum præsidis. Velabatur enim sæpe turpitudo mœchantium apud Idololatras, Matrimonii quoque nomine; ut inter Neronem postea, & Poppæam: ac priùs, inter Augustum & Liviam. Venus quoque apud Actium Syncerum in Epigram. dicit: nullô Mars MEVS ictus aprô est: quippe, Conjugis eum locô censens & habens. (61) Pro Diis ac Dii, non unô locô Seneca scripsit Deis, & Dei, in plurali. ut, Hercul. Furent. act. 2 sc. 3. Communis ista pluribus caussa est Deis. & mox ibid. Famulinæ fuerant antè, quàm fierent Dei? & Actus 5. Dominisque tecta, cum Deis templa omnibus &c. (62) Batica, cæteraq; Hispaniæ regna, maris Atlantici interlapsu discriminantur à cunctis Occidentis residui regnîs. Cæterùm, omnes, quas hic nomino, terrarum regiones, ab Angelis sollicitè pereurri solitas; non modò clarum est illô Raphaëlis testimoniô, apud Tob. cap. 5. v. 8. sed etiam Zachar. cap. 1. v 10. & 11. (63) Ur, seu Ura, civitas erat Chaldæorum; prisco etiam Camirina. In ea, pater Abrahæ, Thare vel Tharra dictus, habitabat, idolólatra. Ferox urbs: ferocior civis urbis, Thare: si verum esset, quod aliqui censuerunt; Abrahamum, quòd falsorum Deorum cultũ obstinatè repudiaret; à Pa-

re fuêmet in ardentem, seu rogum, seu caminum, fuisse conjectum: sed à Deo, ministeriô Angelorum, incolumem servatum. Vide apud Cornel. in cap. XI. Gen. v. 31. S. Hieronymum, è Traditionib Hebraic. (64) *Erat in Mesopotamia quondam urbs, primùm* Haran, *vel* Charan, *per aspirationem Hebraeam, dicta, Gen. 11. v. 31. Deinde profanis maximè Scriptoribus (in quibus, Lucanus est l. 1. Phursal. & Ammianus Marcellin. l. 20. historiar.)* Charra, æ. *&* Charræ, arum; Carrha, orum, græcè κάῤῥαι, ῶν. *Ad hanc urbem postea deletus fuit, cum exercitu suo, Marc. Crassus: In hanc eandem dudum olim, cum suis, migrârat Thare, pater Abrahæ; sed ex ea deinde, ceu simulacris, ac DIs falsis deditâ, discessit cum suis Abraham, Dei monitu. Gen. 12. à v. 1. usq; ad v. 6. exclusivè. Comitabantur autem eum, in Chanaanitida regionem, Lot, Filius Arani, fratris Abrahæ; (& adeò patruus erat Loti Abrahamus: Lotus autem, nepos Abrahami): Sarai item, quæ Sara postea dicta est; quæ non solùm* uxor *fuit Abrahæ, sed insuper etiam* soror: *ut ipse fatetur Genes. 20. v. 12. de qua cognatione, quatenus subsistat, alibi dissero.* (65) *Dixi paullò antè; patrem Abrahæ, fuisse* Tharen, seu Tharren: *de quo juverit, percurrere, quid super eo Cornelius à Lap. annotârit in cap. Gen. XI. à v. 26. ad usq; finem ferè capitis: maximè verò §. Notæ. Putant* aliqui. *& §. Secundò. & §. Tertiò.* (66) *Hæc*

priùs

priùs, ut suprà subnotavi, Sarai *vocabatur: postea verò* Sara, *nomine diminutô: sicut, è diverso,* Abraham *tunc adhuc* Abram (*latinè Abramus*) *dicebatur; postea verò* Abraham, *vocabulo ductiore: latinéque Abrahas, æ, & Abrahamus, i.* (67) *Gen. 13. v. 18. Abraham namque primùm ex* Ur, Chaldæorum *urbe, Haranem, seu* Charras, *commigravit: Charris dein in Chanaanitidam; & Hebróne consedit.* (68) *Hebróne* Deus, (*seu potiùs, juxta loquendi modum* S. Stephani *Actor. 7. v. 30. & v. 35. & v. 38. & v. 53.* Angelus, Dei vices obiens) *eduxit Abrahamum foràs, eique dixit;* Suspice cœlum, & numera stellas: *quippe, quæ, serenâ tunc nocte, clarè, si unquam aliàs, fulgebant, & oculis Abrahami monstrabantur. Eô porrò tempore Abraham, tametsi Dei veri jam olim cultor, magìs tamen ac magìs eum tunc attrahente cœlesti illo alloquio, Deo arctiùs adstringi cœpit: familiarior ei fieri; & fœdere connecti illô, cujus fit mentio Gen. 15. v. 18.* (69) *De hoc* Fidei-principatu *Geneseos liber aliquid innuit c. 15. v. 6. & clariùs* S. *Paul. Rom. 4. v. 17. Versu quoque 16. de Paternitate Fidei Abrahæ:* Ex Fide, *inquit,* Abrahæ, qui Pater est omnium nostrûm; *putà, sanè credentium: sicut scriptum est,* quia Patrem multarum gentium posui &c. *Quocirca canit & Ecclesia in Vesperis primæ Dominicæ Quinquagesimæ:* Pater Fidei nostræ Abrahã, summus &c. (70) *Infera legio-*

nes Dæmonum; cum hujus Mundi tenebrarúmq;
Principibus. (71) *Cujusmodi aras Adam, Abel, Seth, Enos, Enoch, Noë, caterique DEO probati Patres, etiam ante Legem scriptam, erexerunt: &, Abrahami tempore, Melchisedech. Genes. 14. v. 18.*

V. (72) *Erat enim Abraham nonagesimum nonum ætatis annum exorsus; quando promissum ei factum est Filii, ex ipso & Sarâ nascituri, Genes. 17. v. 1.* (73) *Licèt enim, octoginta sex annos natus, suscepisset filium Ismaëlem: Is tamen non è thalamo Saræ processerat* (*de quo humanitus jàm jam desperârat, ut Genesis 15. v. 2, diceret; Ego vadam absque liberis*) *sed ex Agaris secundario cõtubernio. Sara verò erat nonagenaria; quo tempore promissus est ei partus: ut disertè fatetur de ea Abraham, Genes. 17. v. 17.* (74) *Qui ex utroque parentum, non modò liberô & ingenuô, sed etiam nobili, è stirpe videlicet Héberis, nasciturus esset: cùm, è contrario, Ismaël, jam antè natus, matrem habuisset servam, & barbarici generis Ægyptiam,* (75) *Hæc exactè narrantur Genes. 18. à v. 1. usq; ad 16. quæ legisse, fortasse juverit. Apparuerunt autem tres illi Angeli, specie juvenili peregrinorum: & formæ pulchritudinisque Juvenilis vestigium odoreris, ex eo; quòd mox duobus eorum, quos homines, & nequaquam Angelos, esse putabant, abuti nequiter Sodomorum cives contenderint, Genes. 19. v. 6. 7. 8. & 9.* (76) Tulit quoq; *Abraham* butyrum, & lac: & posuit *ante*

eos

eos sc. tres illos Angelos. Genes. 18. v. 8 (77) *Genes. 18. v. 2. & 3.* Apparuerunt, *inquit*, ei tres viri stantes: cucurrit in Occursum eorum, & adoravit in terram. & dixit; Domine (*sic & in SS. Trinitate unum agnoscimus, & adoramus, Domine*: tres Dominos verò dicere prohibemur, *ait S. Athanas. in Symbolo*) si invéni gratiam in oculis tuis; ne transeas servum tuum. *Vide & S. Thom. 22. q. 84. art. 1. ad 3.* (78) *Epulantibus Angelis*, Abraham stabat juxta eos sub arbore, *inquit S. Scriptura. Genes. 18. v. 8. Hanc autem fuisse* Quercum, *reperies è priscis, apud Adrichom. in* Juda; *ubi de Hebrone; &* Quercu Mambre. *sic enim Convallis illa vocabatur; ut habes citatô Genes. 18. v. 1.* In Convalle Mambre sedenti *Abrahæ*, in ostio tabernaculi sui, in ipso fervore diei. *Ut verò jam versus hic, & proximè sequens, lucidiores fiant; sequentia notentur. Buthrótum, urbs erat Epiri, regionis Græcæ, contra Italiam, trans Iónium mare, sita.* Epiri *pars, & regio montana*, Chaonia *est*: *Chaoniæ verò locus, & urbs*, Dodóna: *Dodonæ*, sylva Quercifera: *cujus, ex errore videlicet vetustissimô, tam frondes, quàm nidificantes illic Columbæ, credebantur vaticinæ: proindéque crebrò ab illis, & undique, poscebantur Oracula; quæ Satban etiam, uti Delphis, & alibi, edebat. Unde* Fatidicæ Quercus, & Fatidicæ Columbæ, *dicebantur.* Dryades *porrò, veteribus Idolólatris, erant* Nymphæ, *seu Deæ, semideæve, præsides, gene-*

 nera-

neratim quidem, universarum arborum; proprietatem autem, & vim nominis, strictiùs premendo, præ cæteris maximè, particulatimque, Sirpium Querni *generis: in quo genere sunt, quæ, κατ' ἐξοχὴν, dicuntur* Quercus, *glandibus onustæ ponderosioribus: robora quoque, & ilices, & in Palæstina, terebinthi.* Δρῦς *quippe* Δρυός, *primariò Quercum, ac speciès ei subjectas, significat. Quo sensim fit, ut & ipsa vox* Dryas, ados, *pro ipso* Δρῦς, Δρυός, *Quercus, sumatur: sicut Ceres, pro segete & messe;* Bacchus *pro vino, vite.* *Nunc ergò Versuum horum duorum hæc mens & sensus est.* Ab Angelis Abrahamus, sub arbore Quercu Mambrææ-convallis, accepit vaticinia rerum futurarum, tam lucida & felicia: ut urbi Hebróni, *quæ valli Mambrææ proxima erat*, ejúsque circumjectis agris, pagis, & oppidis, eodem deinceps in censu æstimatione néque deberet esse Mambræa Quercus illa, in quo censu pretiôque civibus Buthrotiis, & universis Epirótis, fatidica Quercus illa, Dryásque Chaoniorum, fuerat. *Dryas autem, etiam singulari numero, usurpatur à bonis & classicis auctoribus: ut à* Seneca, *Hercul. Oet. Actu 3, in Choro.* Et Quercum fugiens suam, ad Vatem properat Dryas. (79) *De Buthrotiis frequens, Ciceroni quoque, mentio est; & de urbe eorum, epistolis maximè ad Tit. Pompon. Erat autem oppidum hoc, è regione Corcyræ situm; infra Dodónam,*

nam, ad Zephyrónoti latus, ac cœli plagam : ut observat Ortelius, in Navigatione Æneæ. (80) Chaoniam, *suprà Epirum, ad Septentrionem, sed, ut adhuc Epiri partem, locant, Ortel citat. & Sophianus, in sua Gracia. Removent tamen aliquantò ad Cauri latus.* (81) *Observa; aliud esse* Dryadem, *aliud* Hamadryadem : *quæ tamen confundit Herm. Torrent.* Hamádryas *enim est, quæ ἅμα, simul, cum arbore* nascitur, & interit : *adeóque mortalis. Dryas,* manens : *adeóq; immortalis.* (82) *Memphis maxima, & antiquissima, Ægypti urbs: Alexandriâ longè priscior. Agar autem erat Ægyptia, subjecta quondam jurisdictioni regũ, quorũ princeps erat sedes,* Memphis. (83) *Nõ enim Concubina inhonesti ordinis, aut pellex; sed secundaria dignationis uxor erat Abrahami. Talis & illius Levitæ nupta fuit, Judic. c. 19. quæ v. 11. quidẽ* Concubina *dicitur; ut & v. 24. 25. & v. 27. versu tamẽ 1. & v. 29. & c. 20. v. 4 & 5. nominatur, uxor.* (84) Gr. ἔφηβος, adolescens pubes, *quod mas incipit esse post 14. annum completum; sicut puella, post 12. Theophil. in Institutionib. Jur. Civ. Porrò de Agare profugiente, narratur Genes. 16. cap. à v. 6. cateráq;, quæ tanguntur hoc locô, à v. 7. usq; ad 15.* (85) *Ismaëlis; quem, ex Abrahamo conceptum, Agar erat editura. A v. 12.* ait Angelus *Agari*: Hic erit ferus homo : manus ejus contra omnes; & manus omnium contra eum. &c. (86) Fecit Abraham

grande Convivium in die Ablactationis ejus (*Iſaaci.*) Cúmq; vidiſſet Sara, filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Iſaac, filio ſuô; dixit ad Abraham: Ejice ancillam hanc, & filium ejus, &c. (87) *Geneſ. 21. v. 17.* Vocavit Angelus Dei Agar de cœlo, dicens; Quid agis, Agar? &c, Aperuítque oculos ejus Deus: quæ videns puteum aquæ, abiit, & implevit utrem, dedítque puero bibere: & fuit cum eo. &c. (88) *Hic* Sonus *videlicet* ætherius, *& ſermo Angelicus, utrumq; refecit: De quibus liber Geneſ. ait, cap. 21. v. 15.* Cùm conſumpta eſſet Aqua in utre; abjecit puerum ſubter unam arborum, quæ ibi erant. Et abiit; ſedítque è regione procùl &c. Dixit enim; Non videbo morientem puerum; & ſédens contrà, levavit vocem ſuam, & flevit. Vocavítque Angelus Dei Agar, dicens; Surge, tolle puerum, & tene manum illius; Quia in Gentem magnam faciam eum. (89) Fero. *ut ſuprà ex l. Geneſ. c. 16. v. 12. Ferox.* Ferreus eſt, quicunque poteſt Corydóna necare. *ait ille, Et Tibull. l. 1. el: 10.* Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit? *& alibi idem,* (90) *Agar enim, ex qua Iſmaël, ſerva erat*: & *ideô*, Ventrẽ ſequente partu, *nondum eatenus liber, & ingenuus, Iſmaël: quia thori, ex quo ſuſceptus fuerat, libertas claudicabat.* (91) *Geneſ. 22. à v. 1. uſq; ad 12. incluſ.* (92) Angelus Domini de cœlo clamavit, dicens; Abraham, Abraham! Non extendas manum tuam ſuper puerum: neque

neque facias illi quidquam. *Genes. 22. v. 11 &c.* (93) Vidit *Abraham* post tergum Arietem, inter vepres hærentem cornibus : quem assumens, obtulit holocaustum, pro Filio. *Genes. 22. v. 13.*

VI. (94) *Preces, ab Abrahamo, pro servandis Sodomis, & maximè pro Loto nepote, interpositæ, prolixè tenerèq; narrantur, Genes. 18. à v. 23. usq; ad f.* (95) *Vallis, cognomentô* Regis, & Regalis, *ab ora Galilæi maris extremâ meridionali protendebatur, usque ad fines 5. urbium illarum ; quarum quatuor, de cœlo jactis flammîs, deletæ sunt.* (96) Sódoma, Gomorrha, Séboim, Adama, Segor, *Hæ quinque urbes regiunculam implebant; quæ indè πενταπόλις dicta.* (97) *Gen. 19. v. 24. & S. Salvianus Massiliensis l. 1. de Provid. circa med. Aliquid etiam Cornel. Tacit. historiar. l. 5.* Haud procùl indè Campi : quos ferunt, olim uberes, magnísque uribus habitatos, fulminum jactu arsisse ; & manere vestigia : terrámque, speçie torridam, vim frugiferam perdidisse. *De incolarum autem incomparabili malitia, testimonium habes*, verbîs *prolatum biblicis, Genes. 13. v. 13.* peccatores coram Domino nimis : operibus *verò illorum repræsentatum Gen. 19. à v. 4. ad 16. usq;.* (98) *S. Judæ Thadd. epist. v. 7. & 12.* (99) Cúmque esset manè, cogebant cum Angeli. &c. *Gen. 19. v. 15. & 16.* (100) *Gen. 19. à v. 13. usq; ad 17. inclusivè.*

sivè. (101) *Duos enim Angelos illos, qui Sodomam venerant, ut eam delerent, hominum specie velatos, non modò recepit hospitiô; sed & ad id coëgit.* Gen. 19. v. 1. 2 & 3. *Respondérunt hujc beneficio mox Angeli; non solùm in tutelam suam eum recipiendo, sed insuper & cogendo eum, ad Salutem oblatam arripiendam.* (102) Gen. 19. v. 26. Respiciénsque uxor ejus, *id est, Loti*, post se; versa est in statuam Salis. *De qua statua, in figuram mulieris, ad talos usque stolata, & in summo suî, turrito capitis muliebris ornamentô cacuminata; passim omnes hodœporici Palestina tradunt: meminítq; etiam Liber* Sapient. c. 10. v. 7. Incredibilis (ἀπίστου) animæ memoria, stans, figmentum salis. (103) *Jacobum Salianum vide Tom. 1. in* Annum mundi 2128. *post num.* 17. *Arguitur porrò à pluribus Lotidis hujus curiosa, incredulâq;, fatuitas, inutilísq; erga gentiles suos commiseratio.*

VII. (104) *De his dativis & ablativis* 4. *declinationis,* Alvarum *vide, libr.* 2. *Instit. Grammatic. in* 4. *Decl. nom. Fuit autem hæc* Abrahami *nurus,* Rebecca. (105) Elíezer, *œconomus seu dispensator fuit domûs Abrahamæa, qui* Servus-Senior Gen. 24. v. 2. *dicitur: quem & ideo, velut antiqua compertæq; fidelitatis hominem, Abraham legavit in Mesopotamiam, ad petendam Isaaco, filio suo, indè conjugem* Rebeccam. *Hujus viri proprium nomen exprimitur* Gen. 15. v. 2. *filii*

2. filii verò illius nomen, Damascus Eliezer, ibid. (106) *Genes. 24. vers.* 7. Dominus, Deus-Cœli (*inquit Abraham Eliézero*) ipse mittet Angelum suum coram te. &c. *quod vaticinium fuit; & verax: quippe, illius ex ore, qui à Deo ipso dictus erat* Propheta, *Genes. 20. v.* 7. (107) Lares *ac penates* fuisse, *in domo patris Rebeccæ; meritò conjectes ex eo: quòd id sordium genus Labanum quoque habuerit, Rebeccæ frater: quos* Deunculos *Rachel postea, filia Labani, furata, sub stramentis abscondit; ac super eos sedit. Genes. 31. v. 19. & v. 34. Quin & infrà, c. 35. v. 2. & v. 4. refertur, familiam, quam Jacob secum è domo oppidôque Labani eduxerat, idolîs abundâsse, pretiosè ornatis: Sed ab eo demum humo obrutis, ac defossis.* (108) *Fuit Rebecca, Mesopotamîtis; cum patre matréque suâ, & fratre Labano habitans, à puellari ætate, in urbe Harane: qua urbs erat Mesopotamiæ. Liquet è cap. 24. Genes. v. 10.* Mesopotamia *porrò, crebrò, cum adjuncto Syriæ nomine, non verò simpliciter, dicitur à S. Scriptura;* Mesopotamia-Syriæ, *ut, e. g. Genes. 28. v. 2. & v. 5. & v. 6. & cap* 33. *v.* 58. *& cap. 35. v. 9. & v. 26. &c. Deuteron. 23. v. 5. Et Jacob, in* Syriam *isse dicitur, Genes. 28. v. 7 cùm iret in* Mesopotamiam: *& Rebeccæ pater, Bathuël,* Syrus *appellatur, ibid: quia Mesopotaménus. Quibus proinde locîs omnibus* Syria *distinguitur à* Chanaanitide. *quæ posteris tamen, ac Romanorum maximè*

maximè temporibus, contributa Syria fuit: ut annotavi quoque in Ruina Caini, decad. 1. (109.) Istô locô, Virgo *pro innupta pariter & incorruptâ;* Nurus *autem, pro Filii uxore, matrimoniô jam consummatô ductâ, ponitur. (110) Esávi, qui totus, in morem pellis, hispidus natus fuerat, ut habes Gen. 25. v. 25. minas declinãs frater ejus Jacobus. Gen. 27. v. 42. & c. 28. à v. 1 usq; ad v. 5. (111) Aratris Labani, qui cognatus fuit Jacobi: utpote avunculus. (112) Gen. 28. v. 11.* Cúmque venisset *Jacob* ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post Solis occubitum: tulit de lapidibus, qui jacebant; & supponens capiti suo, dormivit in eodem loco. Vidítque in somnis scalam, stantem super terram, &c. *(113) Super* Scalam *autem*, cujus cacumen tangebat cœlum (*inquit Gen. cit. cap. 28. v. 12.*) vidit *Jacob* Angelos Dei ascendentes & descendentes per eam; & Dominum, innixum scalæ. (114) Dixit *Jacobo* Deus, *scala illi superinnixus*; Ego sum Dominus, Deus Abraham &c. Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo. *Sapientia quoque 10. v. 10.* & ostendit illi, *Jacobo videlicet*, regnum Dei: *Ecclesiam nimirum, quæ* Regnum Dei *vocatur à S. Greg. M. etiam Christianorum, utpote, qui veri, &* Spirituales, *Israëlitæ sunt. (115) Gen. 29. v. 18.* Dixit Jacob *Labano*; Serviam tibi, pro Rachel, filiâ tuâ minore, septem annis. Et servivit 7 annîs. *v. 20.* Rursúmque, *pactum Labanô fallente*, servivit annîs

annis septem aliis. *à v. 26. usq; ad 30.* (116) *Viginti annos ipsos exegit Jacob in pastionibus, & agrariis laboribus Labani soceri sui: ut ipse prædicat ex vero, Gen. 31. v. 38. 39. 40 & 41.* (117) Baculum pastoralem, *de quo Virgil. Ecloga 5. fine.* At tu, sume pedum, quod, me cùm sæpe rogaret, Non tulit Antigenes &c. Formosum paribus nodis, atque ære, Menalca. (118) *Quónam dictamine, & cujus ingenii usu, ab Angelicis monitis præscriptiô, Jacobus auxerit greges suos; habes exactè consignatum Gen. 31, à v. 5. usq; ad v. 14. quæ conjunge cum iis, quæ leguntur superiùs cap. 30. à v. 32 usq; ad fin. capitis. Quæ cuncta Jacob fecit, Angeli magisteriô instinctúque eruditus in somnis.* Unde supra modum est ditatus. *Gen. 30. v. ult.* (119) *Jacob, duarum Labani filiarum, Liæ & Rachelis, maritus.* (120) *Idem enim Jacobus, qui Labani* gener *erat, ejusdem erat &* nepos; *quippe, sorore Labani natus: ut superiùs etiam ostensum est. Hujus Ovile vehementer implebatur.* (121) *Labanus, idolorum, ut suprà retuli, cultor erat; & falsorum Numinum adorator: inter quæ, nonnullas saltem apud nationes, numerabatur &* Pales: *ceu, rei pastoriæ præses. Unde Maro Georgic. 3.* Te quoque, magna Pales, & te, memorande, canemus Pastor ab Amphryso, vos sylvæ &c.

VIII. (122) *Duodecim Patriarcharum, ut eos nominat S. Stephanus Actor. 7. v. 8. Beniamin autem necdum natus tunc erat. Idcirco ad*

ditur

ditur vox, Futuræ. (123) *Vide Gen 31. v. 18. & 21. & cap. 32. v. 7.* Divisit Jacob populum, qui secum erat: greges quoque, & boves, & camelos, in duas turmas. &c. *& mox infrà v. 10.* In baculo meo transivi Jordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior. (124) *De hoc, non amne fluvióque jugî, sed verius* vadô, *ac* διαβάσει (*ut 72. Interpretes de eo loquuntur*) *agit in descriptione terræ Gad, num. 23. Adrichomius.* (125) *De* Jordanis *amplitudine majore, quàm sit Fabricii vadi, vernis præsertim æstivîsq; temporibus, vide librum Josuæ. cap. 3. vers. 15. & recentiores hodœporicῶν scriptores : Comitem Solmensem, in diem Julii 19. ann. 1483. Felicem Fabri ibid.* §. Da es nun hell Tag worden. *&c. Ubi ait; Profundam (adeóq; non Vadum, aut διάβασιν) & infidam, etiam natanturis, esse Jordanis undam : interdúmq; nec submersionibus carentem.* (126) *Genes. 32. v. 10.* In baculo meo transivi Jordanem istum. *ut supra delibavi.* (127) *Jacobo namq; transeundus Euphrates fuerat, in Mesopotamiam iter habenti.* (128) *Mesopotamia, hinc Euphrate includitur, indè Tigri; quorum fluminum alluvius mirè terras illas fœcundat; & herbidas, floridásque, succô subeunte, facit. Q. Curtium vide l. 4. cap. 9. & l. 5. c. 1.* Haránis *porrò campos aliquantò Tigri, quàm Euphrati, fuisse propiores,*

Joan.

Joan. Jarssonii Tabulæ monstrant. Quòd autem hæc rura Mesopotamica, fluminum vicinià herbosiora essent; tantò pastoribus, & in his, Jacobo, pascendos ad greges aptiora erant. (129) More mendici, panem in diem optantis, & conquirentis, dixit Jacob Gen. 28. v. 20. Si fuerit Deus mecum, & dederit mihi panem ad vescendum &c. (130) Cujus coloris sale ferè pauperiores utuntur. (131) Diæta, (δίαιτα, ης) quotidiana vivendi, vescendique ratio; Victus castigatus; regula victûs. Hæc victûs norma Jacobo tota erat in ascopéra reposita. (132) Sarráca, generatim currus sunt, lignorum ac lapidum onere gravî stridentes. quibus tamen & alia possunt imponi moles. (133) Jacobus, Isaáci filius, patronymicon, in quo alterum, a, extruditur; versûs, & elegantiæ majoris, caussâ. Quod Buchananus quoque, nec rarò, facit, in psalmis: Isácidas, etiam universam nationem Judaicam nominans. (134) Ventorum regis, 1. Æneid. & adeò Ventorum ipsorũ: pro quibus Æolus sumitur. (135) Jacobi, qui filius Isaáci. (136) Labani, generum suum Jacobum, in Chananitida remigrantem, persequentis, historiam diffusè scriptam, leges Genes. c. 31. à v. 23. usque ad fin. (137) Genes. 31. à v. 26. usque ad v. 31. & rursus à v. 43. usq; ad v. 51. In summa! cum Jacobo semper jurgabatur; vix inventô litigii fine. (138) In Jacobum, & uxores, ac liberos: qui

ex

ex Hébere illo priſco omnes deſcendebant. (139) *Deus, per ſe, & per Angelos, inflexit ad mitiora Labanum. Cùm enim, magnô ſuorum aſſumptô comitatu, Laban armatus, poſt ſeptem dierum aſſiduum iter, Jacobum fugientem comprehendiſſet demum in monte Galaad, malè utique Generum tractaturus*: Vidit (*ait l. Genes. c. 31. v.* 24.) in ſomnis dicentem ſibi Deum, *aut ejus vice, Angelum*; Cave, ne quidquam aſperè loquaris contra Jacob. (140) *Labani: qui non minùs* Syrus *erat, quàm pater ejus*, Bathuel: *ut ſuperiùs adnotavi.* (141) *Divinitus, & è cœlo incuſſus horror Labano, in ſomnis increpito.* (142) *Cervus, animal pavidum; etſi frontis admodum armatæ. Æneid. 1. & 4. Maro.* (143) *Vocis Dei, vel Angeli, nocturnæ, ad Labanum*, Cave! *ceu* tonitrûs *cujuſpiam: quô auditô, fœtum ejicere cervæ feruntur.*

IX. (144) *Celeriore ferè paſſu Jacobus in patriam feſtinabat; quàm fluxu deſcenſúque Jordanes amnis in Mare Mortuum: in quod is ſeipſum exonerat. Juxta Jordanem porrò Jacobus tunc, cum ſuis, incedebat: de quo amne Felix Fabri, in 20. Julii anni 1483. ſcribit*: daß ſelbiges Waſſer tieff/ ſtill / vnd trüb ſeye. *Jacobus item VVormſerus, in 7. Septemb. anni 1562.* Der Jordan iſt nit ein brait Waſſer (*ordinariè*) vnnd flieſſt gemach/ ꝛc. (145) *Iter erat, altrinſecus inter* Cavam *cavernoſamq; regiunculam, quæ idcirco* Cœle-Syria, *vel*, Syria Cœle, *hoc eſt*, Ca-

va, *di-*

va, *dicitur.* (146) *Ex altera verò parte, ibatur inter* Trachonitida *regionem, cujus mentio fit etiam apud S. Lucam, c* 3. *v.* 1. *quæ regio nomen ex eo habet, quòd aspera, petrosa, multisq; pumicosis flexibus horrida sit. german.* Schroppig / uneben / und irrig. τραχὺς *enim, έος,* asperum *notat. Adrichomium vide, in Manasse* 2. *num* 97. *qui &* de Cava Syria *ibid. num.* 37. *scribit.* (147) Terebinthorum *nomine, sacris in litteris, nonnunquam & genus quoddam arborum Quernarum nuncupatur. Tractus autem* Galaaditicus, *&, à Septentrionibus, ac parte Occidentis,* regnum Basanæum, *quercubus abundabant: ut colligitur ex Isaiæ cap.* 2. *v.* 13. *Ezechiel.* 27. *v.* 6. *Zachar. XI. v.* 2. (148) *Gummi* (*vocis indeclinabilis*) *genitivus est hîc. Porrò, Montes, & juga, regiuncula Galaad, arboribus abundabant; è quibus exsudabat* resina; *non qualis ex abietibus, aut piceis, apud nos exstillat, sed* medica: *de quali loquitur* S. *Jerem. c.* 8. *v.* 22. *& cap.* 46. Numquid resina non est in Galaad? *ad curandum scil. vulnus. in quo resinarum genere sunt etiam,* gummi & mastiche: *græcis* τὸ κόμμι. *unde & Herodoti illud,* τῷ κόμμι ὑποχρίω. *id est,* gummî illino, vel subunge. *De medico porrò* gummi *tali agit Dioscórides, l.* 1. *De copia verò istiusmodi resinæ in saltibus Galaaditicis, Adrichomium quoque vide, in Manasse* 2. *n.* 50. (149) *Est hæc regio montana saltuosaq; trans*

Jorda-

Jordanem, in Perea Orientali ſita: *Galaad*, & *Galaadîtis*, *dicta*: Gilead *autem*, & Gileaditis ἀλλοδόξοις: *perpetuóq; querciferorum montium jugô procurrit ab Auſtro in Aquilonem*; *ab Oriente Chanaanitidi pratenſa*. (150) *Vox eſt, non modò S. Hieronymi translatoris, in 1. reg. c. 26. v. 14. ſed Petr: quoque Arbitri, de Eumolpo, in navi ſopitô, & excitatô.* Inquietatus ille, moleſtè tulit. (151) *Iraſcebatur enim* Jacobo, *germano ſuo*, Eſau, *ſeu alio nomine* Edom, *jam olim ab eo tempore; quo* Primogenituræ jus *ab ipſo Jacobus, coctione pulmenti ruffi, pactione tamen mutuâ: & utrimq; voluntariâ, abſtulerat: magìs verò, poſtquam &* benedictionis paternæ prærogativam *eidem praripuit. Gen. 25. v. 29. & ſeqq. Et c. 27. v. 41.* (152) Oeſtrum, *propriè tábanus*; *volatile, majus & iracundius apibus, atq; veſpis*; *aliter Latinis* aſílus, *per jota. Gracis*, ὁ ὄιστρος, υ. *dicitur, in maſcul. Germanis*, Wald- oder Vieh-Brem/ Hummel/ Hurnaus. *At metaphoricè, & neutrô genere*, Oeſtrum *Latinis*, *Furor*; *grandis & clamoſa ira*, μανία, & *Papinio Statio, etiam* Enthuſiaſmus, *ac* furor poëticus. *Hîc verò, pro impetu furibundo ſumitur*, *Sanguinem ac cædes ſpirante.* (153) *Eſau*: *qui idem &* Edom, *paulò ſuperiùs. & ab hoc poſteriore nomine dicta quoque regio fuit, quam inſederat & regebat*; Edom, & Edomæa. *Latinis verò Gracisq;* Idúme, & Idumæa. *De hoc poſteriò hoſtili adventu Eſavi ad Jacobum*

cobum, agit Sacer scriptor Gen. 32. v. 6. & cap. 33. v. 1. De timore quoq; Jacobi, ad famam adventûs ejus, ac precibus, ad Deum effusis, Gen. 32. v. 7. & à v. 9. usq; ad 12. inclusivè. (154) Jacob enim obvios habuit cœlestes Angelos, etiam priusquam ipsi nuntiaretur Esavi, & comitum illius, adventus: fuitque tantus Angelorum Dei numerus, & ad defendendum Patriarcham bellicus apparatus; ut Jacobus eos appellaret, Castra Dei. Gen. 32. v. 1. & 2. (155) De apparitione alterius & fortis Angeli aliâ, Jacobo factâ, viribúsque novis illi, per ejus luctamen, additîs; lege cap. cit. 32. à v. 24. usque ad 32. inclus. (156) De quibus paullò superiùs dictum est, è Genes. c. 32. v. 1. & 2. ob quæ, loco quoque nomen indidit Mahánaim, id est, Castra. (157) Lucta hæc Angeli cum Jacobo Patriarcha, narratur explicatè Gen. 32. à v. 23. usq; ad fin. (158) Ibid. vers. 28. Si contra Deum (immò, Dei vices obeuntem Angelum) fortis fuisti: quantò magis contra homines prævalebis? (159) Ibid. Nequaquam, inquit, Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israël. (160) Repræsentabat Angelus ille, Jacobi colluctator, Dei fortitudinem. Hanc, teste S. Greg. M. homil. 34. in Evangelia, significat nomen Gabriel. quo fit, ut hic Angelus Jacobi, non incongruè posse videatur hoc nomine insigniri. (161) Cogebat enim illum, è Jacobo fieri Israëlem: quo proinde nomine deinceps creberrimè vocabatur; quod antehac factum non erat. Sic, exempli gratiâ,

Dani-

Daniel. 3. v. 35. dicitur; Ne auferas misericordiam tuam à nobis, propter Abraham, dilectum tuum; & Isaac, servum tuum; & Israël, sanctum tuum. &c. (162) *Esavi meditatis, & ideò minimè fraternis, sed bellicosis, adversùs Jacobum, molitionibus.* (163) *Gen. enim cap.* 32. *v.* 25. *de Angelo, Jacobi colluctatore, dicitur*; Qui, cùm videret, quòd eum superare non posset, tetigit Nervum femoris ejus: & statim emarcuit. (164) *Inferiùs paulò v.* 21. Ipse verò, *ex attactu femoris Angelico*, claudicabat pede. (165) Idumææ: *quæ quasi tota in principe suo, Esavô, seu Edómo, ejúsque copiis armatîs, tunc aderat.* (166) *Esavus enim, cum Idumæis suis, non modò vi armorum intentatâ, sed etiam versutîs verbis, Jacobo insistebat; ut eum irretiret.* Genes. 33. *v.* 12. *&* *v.* 15. (167) *Eruitur hæc armati Esavi, cum inermi fratre, reconciliatio, è verbis* Gen. 33. *v.* XI. *&* *v.* 15. (168) *Ait Jacob ad Esau,* Gen. 33. *v.* 10. *&* 11. Accipe munusculum de manibus meis. *Subditúrque mox*: Vix, fratre compellente, suscipiens, ait, &c. *Quæ verò fuerint illæ dona muneraq;*, Genes. 32. *refertur, v.* 14. *&c.* (169) *Jacobi, seu Israëlis.* (170) Gen. 33. *v.* 3. 6. *&* 7. *dicitur Jacob adorâsse venientem ad se fratrem suum Esau: idque* Septies, *cum suis omnibus, in terram pronis, & incurvatis.* (171) Esávum; *qui* & Edom, *ut dixi.* *Utramq; porrò vocem istarum leges apud* 70. *Interpretes cap.* λϛ', *&*

post

post principium. Ἀπέστειλε δὲ Ἰακὼβ ἀγγέλους ἔμπροσθεν αὐτοῦ, εἰς χώραν Ἐδὼμ, πρὸς Ἡσαῦ, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Et Genes. Κέ. διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἐδώμ· εἶπε δὲ Ἰακὼβ τῷ Ἡσαῦ. &c. E quibus pariter ratio constat Quantitatis prosodicæ, vocum Edom, & Esau. (172) Jacob Patriarcha. (173) Ex quadringentis videlicet illis Esavi apparitoribus, barbaris. (174) Saltem sic animatô quondam, aut tunc etiam; utì fratrem suum Jacobum interficeret: veluti clarum est è verbis Esau, Gen. 27. v. 41. De latrociniis quoque Esavi, & illi adhærentium, agit etiam liber, cui titulus, Testamentum Patriarcharum: quem etiam ferunt, è pugna prædatoria, lethiferè saucium, elatum & extinctum fuisse. (175) Gen. 33. v. 12. ait Esau Jacobo: Gradiamur simul: cróque socius itineris tui. & infrà v. 15. Oro te, ut de populo, qui mecum est, saltem Socii remaneant viæ tuæ. (176) Jacobus enim Esavum pronus adorárat. Gen. 33. v. 3. ut supra sub notavi. (177) Bosræ urbes Tres fuerunt. Una Arabiæ Desertæ: altera, terræ Moabitidis. tertia, metropolis Idumææ, cujus supremum caput erat Esau: regulus, aut, pro captu temporum illorum, rex. Hîc de tertia loquimur Bosra; de qua vide Adrichom in Pharan. num. 19 (178) Idumæam, & urbes illius, palmiferas faciunt poëtæ. In hist. 3. Pharsalia Lucanus: Gazáque, & arbustô

palmarum dives Idúme. *Virgil. 3. Georgic. post initium.* Primus Idumæas referam tibi, Mantua, palmas. (179) *In Quæstionibus symposiacis ait Plutarchus hæc.* In Certaminibus, Palmam signum esse placuit Victoriæ: quoniam ingenium ejuscemodi ligni est, ut urgentibus, opprimentibúsque, non cedat. *Vide A. Gell. noct. Attic: l. 3.* (180) Jacob, *demissione sui, & tolerantiâ, victor Esavi.* (181) *Phrasis gladiatoria, de qua, & more gladiatorii apparatûs, ego aliquid in libro de Ortu & Interitu Reip. Romanæ veteris dixi.* Paria componere, *etiam Arbitri phrasis est, in quem Joan. à VVouveren quoque notavit, quæ pertinent ad arenam. Hîc per* Imparia, *intelliguntur*, Discordantia, & Dissidentia.

X. (182) *Tractum* Perææ *regionis illum, qui perpetuâ soli depressioris humilitate ab ora Galilæi Maris australi excurrit ad maris mortui principia; per quam Vallem &* Jordanes *fluit. Dicitur autem*, Regis, regia, & regalis vallis, Königs-Thal. *suprà, in Pentapoli.* (183) Jordanis, *duorum Fontium fluminis.* (184) Jacob *Patriarcha, cum omni familiâ suâ.* (185) *Transierat Jacob tandem* Jordanem; *& venerat in Cis-amnanam regionem, quæ* Peræa, *ad* Orientem Jordanis *sita, è regione opponebatur: sic, ut qui in Cis-Jordanæa plaga erat, Cis amnem, &* Cis Peræam, *esse dicerentur.* Peræa *verò vocabatur illa regio; quia (ut est apud* S. Matthæum *c. 4. v. 25.*

& alibi

& alibi sapius in S. Scriptura) πέραν τοῦ Ἰορδάνου, trans-Jordanem. (186) *In Cis-amnana,* Vallis *erat,* Arundineti *dicta, è regione Peræa; in terra, quæ postea tribûs Ephraimiticæ fuit. Ea* feris, *ac ferarum latibulis, erat refertissima: quò etiam respexisse David existimatur psal.* 67. *v.* 31. Increpa feras arundinis. *&c. Vide, quæ dixi in Topothesia Palæstinæ, titulo,* Ephraim. (187) Chanánis, *per syncopen, pro* Chanaánis, *sicut* Isácides, *pro* Isaácides. *Est autem* Chanaanis solum, *terra Chanaanitis; à* Chanaan, *filiô Cham, nepote Nöe, sic dicta.* (188) *Quà* Sol *occumbit. ad Occidentis plagam.* (189) Hesperus, *stella vespertina, in cœli tractu Occidentali, circa noctis initium, apparere solita. Unde* Hesperium, *quod est* Occidentale. (190) *Urbem hanc Cornel. in c.* Genes. 33 *v.* 18. *cum* Sichima *confundit. At Stella Sigenensis, in Tabula* Terræ Israëlis, *Sichimam, & Salemum, diversas facit duas urbes;* Salémum *quidem proximè Jordani adsitam, suprà mare Galilææ.* Sichimam *verò, interiùs. Sacer scriptor ait. Genes.* 33. *v.* 18. Transivítque in Salem, urbem Sichimorum: quæ est in terra Chanaan. *Lucem hujc versui perspicuam ac facilem adfert,* (*si non fallit*) itineraria trium Patriarcharum tabula: *quæ* Sichimam *seu* Sichem *longè segregat à* Salémo, *Septentrionem versùs;* Salem *autem, ad Austrum positam, eam facit, quæ postea Jerusalem fuit dicta. Sic, Jacob ordi-*

natè veniſſet è Moſopotamia, priùs Sichémum; *poſteriùs verò,* Salémum. (191) Sichem, *eadem eſt cum urbe* Sichima, *ſeu* Sichimis; *qua Chriſti tempore dicta fuit* Sichar, *Joan. 4. verſ. 5.* (192) *Hac* Ephratha *dicitur in pſalmo 131. v. 6. Et* Bethlehemitæ *cives,* Ephrathæi. *libri Ruth. c. 1. v. 2.* (193) *Hac urbs, &* Chebron *alibi dicta, ſita hodiéque eſt inter, vel potiùs ponè,* Montana Judææ. (194) Ægypti: *qua à Nilo fluvio ſuo, qui mediam ſecat, & ſeptem oſtiîs rigat,* Nilotica *nominatur apud Poëtas.* (195) *Gen. cap. 47. v. 28.* Facti ſunt omnes dies vitæ illius, centum quadraginta ſeptem annorum. (196) *Vitam ſuam Jacob non* vitam, *ſed* dies peregrinationis, *nominat Gen. cap. 47. verſ. 9. quemadmodum quodammodo maritima ſolent eſſe mercatorum peregrinationes, ſeu profectiones: juxta illud, quod Job dixit c. 9.* Dies mei pertranſierunt, quaſi Naves, poma portantes. (197) Locum Quietis *Patriarcharum, poſt mortem:* Limbum *videlicet* Patrum; *de quo loquitur Chriſtus Luæ 16. v. 22 & 23.* (198) *Miniſteriô nempe etiam* Angelorum *interpoſitô. Unde & ipſe Jacob ait Genes. 48. v. 16.* Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis! (199) Jacobum *patriarcham, de quo ad litteram hæc dicuntur verba,* Sapientiæ *cap. 10 v. 10. Hæc Sapientia* profugum iræ fratris juſtum (*quippe, cedentem iracundiæ Eſavi*) deduxit per vias rectas.

(200)

(200) *Et sic Jacobus, etiam inter adversa quævis, quibus abduci potiùs ab ultima felicitate videri potuerat, dicere tamen potuit, quod è psalmo 25. f. cantat in officio diurno Nona Ecclesiæ:* Pes meus stetit in via Rectâ.

Libri I. Ejusdémque Testimoniorum, & Observatiuncularum, *Finis.*

ANTIQUITATUM ANGELICARUM VETERIS TESTAMENTI LIBER II.

ARGUMENTA Partitionum.

I. *HUjus libri breviter argumentum præsignatur: quod aget de viris quibusdã aliis, qui & ipsi, DEO, prater Patriarchas, accepti fuerunt, & grati: De ducibus, inquam, inprimîs; de Fudicibus, ac Regibus populi DEI, quibuscum Angeli cœlestes egerunt.*

II. *Multifariam, multísque modis, Deus olim loquens Patribus (ut est in epistola limine S. Pauli, ad Hebræos); etiam per Angelos eos instruere dignatus fuit.*

III. *Sancti Job certamina: & Sathana, adversùs eum, invidia, odium, accusatio, calumnia, exagitationes: ad extremum verò, conatuum illius universorum successus irritus, & in contraria revolutus. Præmittitur autem his, Jobi genus, ac patria: migrantis ex Idumæa in Ausítida regionem; quæ eadem & Hus dicitur. Uxoris Job acerbitas; ubi & conjectura interspergitur, de genere, familiâque, ejusdem mulieris. Sub-*

jungi-

jungitur his, Concilium filiorum Dei ; in eógue Concilio, Luciferi, sese immiscentis, impudentia singularis ; & adversùs S. Jobum blateratio. Multitudo cladium, ac dolorum, eidem, improbitate Sathanæ, inflictorum ; & eorundem denique victoria, ac depulsio.

IV. *Copia rerum memorandarum, vel de sola Quadraginta annorum morâ, vagationéque populi Israëlitici, per desertum Sìn, & Pháran. De Angelo, Moysi loquente, in Rubo Sinai. Angeli, ductoris, & custodis, Israëlitarum, etiam antequam exirĕt Ægyptô, cura super populum Dei. Ejusdem, ex Ægypto, eductio, in manu potentî, & brachio excelsô. Deductio per aspera locorum, & casuum; præcipuè verò, per Mare rubrum. De pane Angelorum, Hebræis in solitudine deorsum missô; déque populi, ex eo pane conceptâ, detestabili nauseâ; utì & de Cervice gentis illius durissimâ : quam nihilô tamen seciùs diu patienter Angelus sustinet; à maledictionibus Balaamicis tutum præstans Israëlem : sed, scortantem eundem deinde, cum mulieribus Madianiticis, Moysis ac caterorum piorum manu ferrôq; atrociter, & confertim, plectens. Ibidem demum, occasione Moysis, vitâ functi, narratio adnectitur, de cadavere Moysis : pro cujus sepulturæ locô, hinc bonus, indè malus Angelus, contendebant.*

V. *Populi, in terram Promissionis, introductio. Collocata, ad Jerichuntem urbem, castra ; non citra singularem* JOSUÆ, *Ducis Israelitarum,*

tarum, ſuper Urbe capiendâ, ſollicitudinem. Cuj tamen minuenda, JOSUÆ ſeſe ſpectabilem exhibet Angelus: eúmque animans, inſtruit eâdem operâ, de Jerichuntis futurâ everſione prodigiosâ.

VI. Urbium, ac populorum in Chanaanitide, complurium ſubactio: eaq́, non ſine Angelorum etiam ope. Reportata, de plurimis ſimùl Regibus, victoria. Populi Hebraï ingratitudo; prolabentis, identidémque relabentis, in Idololatriam, aliáq; ſcelera compluria. Ab Angelo verò concionante, Deíque plurima beneficia ipſis exprobrante, reducitur populus ad pœnitudinem, atque luctum. Unde natum eſt illi, in quo concio facta fuerat, loco, nomen novum.

VII. Propter Iſraëlitarum crebros, in Idolomaniam, relapſus, Judices à DEO, per Angelos, excitantur; ceu populi Liberatores futuri: inter quos ſingillatim Jerόbaal, ſeu Gédeon; & Samſon: hic, prænuntiatus ab Angelo; ille verò, ad arma paradoxa capienda, itidem ab Angelo exſtimulatus. Finita Judicum periodô ſecuti Reges ſunt: è quibus, David, tumore mentis peccans, coërcetur Angelicô gladiô. Idémque, modeſtiùs aliô tempore agens, Angelorum ope Philiſtinum gladium coërcet, ac fugat; initiô certaminis captô à ſonitu prodigioſo, ſuper arboreto pyrorum ruriſtrium auditô. Ezechias autem, adversùs Sennacheribum, Angeli unius armis potentioribus, cladem totius exercitûs Aſſyriaci protegitur.

VIII.

VIII. *Post hæc, Hebræi servantur ab Angelo in Ægypto incolumes, à tyrannide Ptolemæi Philopatoris; Jerosolymis, à violentia Heliodóri, ærarium direpturi; Machabæorum ævô, ab aliis Syrorum Regum ducibus, ac Legatis.*

I.

Angelorum, cum aliis quibusdam veteris Testamenti Heroibus, familiaritas.

FRons prima, Sophocléíq; (1) vestibulum Fori,
Quod nulla facilè *Pœcilês* (2), etiam Atticæ, (3)
Ars æquet, aut, ab arte variatus, (4) color;
Non picta nobis Helladis (5) priscæ agmina;
Non arma Danaûm, (6) tincta Persarũ (7) nece
Spectanda, campîs obtulit Marathoniis:
Sed Cœlum, & Acta prisca Cœlicolûm ducum, (9)
Cum Sabbaticolæ (10) gentis apicatis (11) viris.
Nunc latus, & os, nunc epula (12) sociantûm sacra;
Decus unde veteris Patriarcharum Tribûs
Effulsit ingens, & Senectæ gloria.
Labor Alter hinc, & Liber, erit, scenis (13) dare
Moysen; supráq; sæculum Vatum, (14) Patres;
Eburna Regum solia, torquatos sinus,

Ac laureatas fronde victrici comas:
Ostrôq; tincta, rore vel cædis Syræ, (15)
Aulæa Prócerum, fortium Cœli-manu (16).
Adhæc, inemptam (17) Juris antiqui Themin,
Horum tametsi sors adhuc esset, Caro,
Artúsq; tegeret pellis humanæ lutum;
Tamen Acta sociîs, nôsse, patrata Angelis,
Inspicere vultus, verba mirari, frui
Splendore morum; fuerit ex usu piis.
NAM pæne Cæli civiũ jam pars Homo est,
Quisquis beatis junctus est mente Angelis.

II.

Deus, tum aliîs modîs diversîs, tum & per Angelos, mortalitatem instruxit.

PAter ergò rerũ summus, ac Mundi faber,
Qui ducibus orbis, supera sectatis Bona, (18)
(Abrahæ, pióq; posteræ gentis lari,)
Illiteratæ legis, (19) ínq; animis satæ,
Fixit ministrîs æqua jussa Archangelis;
Is nec propinquæ gentis, in Eoô (20) solô,
Nec abnepotum stirpis heroæ genus,
Ineruditum passus est mentis suæ;
Nunc voce, nunc &, æmulâ vocum, manu,
Quâ saxeîs (21) Jus omne descriptum est libris:
Aliàs Figuris, (22) nube sublustri jubar,
Intráq; velum, Fata rerum abdentibus:

Aliàs

Aliàs, soporis per Sibyllæi (23) pepla, (24)
Et noctilúcas (25) mystici sensus faces;
Pingente species intus Astricolûm manu,
Et imprimente cordis humani fibris,
Terris vias ostendit Astrorum Tonans.
Et hujus igitur, quà vocat series, Phari (26)
Scandamus apicem, per theatrales gradus.

III.

Sancti Job historia; Jobi patria; ejus desertio: opes & potentia.

Pro fronte tragicæ molis, (27) altum effert caput
Jobábus (idem, & JOBUS,) è Ducibus genus
Trahens Idúmês; (28) stirpis at priscæ Sacris
Cautè relictîs, haud probrosè degener. (29)
Is tesqua Edómi (30) pariter, ac morum luem,
Abominatus, pænè nec puber, plagas
Remotioris Solis Ausæas (31) petit,
Feliciori (32) proximas Arabum solo.
Ibi, dives ipse messium, baccæ, (33) botri,
Gregúmque locuples; nec carens fulvîs Tagi,
(34)
Oriente quamvis dissitus totô, vadîs,
Hermívc (35) arenîs. Ista sed Iöbus lutum,
Ut erant, putavit; mentis opulentus bonîs,
Idcóq; Regni (36) jurè conspicuus stolâ.

Sed, licèt & ipſe purpurâ quondā inclytus, (37)
Minus in clientes interim juris ſibi,
Quàm in proprium, Rex ipſe, ſumebat caput.
Id hunc decebat. Jobus, exemplum manûs
Debebat eſſe, ſceptra quatientis, DEO--
Probata. NAMQUE, Regna ſunt, vel nuſpiā,
Vel Innocentûm in curiis. SERVIT ſcelus,
Ac ſervitute ſtringit, etiam ipſos *heros*.

Jobi, inter impedimenta varia, vita Innocens.

Nec defuēre, mole quæ collum gravî
Premerent Iöbi, ſarcinæ, natæ domì:
Genitor Zares, (38) arx Boſra, (39) (nativum ſolum)
Et ipſa gentis Aúſidos (40) tetrica (41) indoles;
Uxórque, ſive ſtirpe Nabathæâ ſata,
Seu, quod vetuſti prodit Arcani fides,
Fratrum illa probrum grande (42) biſſenûm; Soror,
Vetulôque luctus (43) pariter, ac terror, (44) Patri,
Devirginata Dina, vî, (45) quam lex vetat;
Sed vindicata vî, ſupra leges ferâ. (46)
Hæc ergò mulier, ſive, poſt floris fugā, (47(
Meliore Regi nupſit Auſæo (48) face; (49)
Seu Staphyla (50) quævis alia vecordis Tribûs, (51)
Se lite ſævâ (52) præbuit tigrim viro.

Dis-

Diaboli, ob Jobi laudes, Invidia.

Sed nulla pestis inclyto gravior Duci (53)
Incubuit, atræ tela quæ bili daret;
Quàm luctuosæ rector horrificus Stygis: (54)
Juratus hostis omnium; sed, præ omnibus,
Infensus illi, cuncta cui plausum dabat,
Quæ tunc sedebat laudis & palmæ arbitra,
Divisa superûm cœtibus, Regio, novem. (55)
Jobi coronat omne, tot palmîs virens,
Tot inclytarum Vere virtutum, nemus,
Vox ista Divûm: *SIMILIS huic, animi bonis,*
Volitat Olympô multus; in Terra ambitu
Mens universô nulla par (56) *Jobo volat.*
Audiit Avernus (57) laudis hanc claræ tubam,
Longè sonoram. Felle proîn asper novo,
In innocentis acuit interitum, suæ
Ferale virus omne, vimque, Erinnyos. (58)

Comitia Filiorum DEI.

Sic fortè res tunc tulerat, ac Fastus-dies,
Ventivolæ ut intrà sedis aërias plagas,
Zephyrîsque fluida Regis-aurarum atria, (59)
Cœlestis ageret arcis armilustrium, (60)
Terrásq; morum-Virgulâ (61) Censor-Tonans
Notaret; hominum Gesta sub trutinam vocãs.
Frequens Senatus: Judicum primi ordinis
Consederat clavata, (62) per classes, toga;

Domus omnis, omne nomen æternæ domûs.
Veniebat hîc ſub cenſum, & ancipites notas,
Mortalitatis Urna, ſub verbis tribus; (63)
Abſolvo, Damno, lite vel creperâ (64) *Amplio!*
Ibi, ventilatîs hinc & hinc mundi probris,
Damnîsq; Adami poſthumis, Jobi quoque,
Summum ad tribunal, cauſſa pertrahitur: ſuis
Libratur actis: cúmque nil premeret Reum;
INSONTIS unus omne fert punctum Viri;
Jobóque cœli clarus applaudit favor.

Diaboli, in comitia irrumpentis, impudentia, & calumnia.

At ſolus, omnî jam quieturum dicâ,
Medium tyrannus Stygius (65) irrumpit forũ;
Neu' non ſuas frons impudens plenè vices
Expleret; etſi, pulſus æthere Lucifer,
Jam ab Orbis ortu coleret Acherontis (66)
ſinum;
Se tamen Olympi (67) cive pro veteri procax,
Effrónsq;, jactat; ore taurinô boat;
Stolidîsque Jobum poſtulans ſolus minis,
Diem Abſoluto (68) dicit; ac peragit Reum
Is Actor, à quo Sanctitas tanti Ducis
Nec approbari cupiat: at quantò minùs,
Abſolvi? Iöbo crimini, ac vitio, datur
(Ad decolóris probra ſi famæ ſatìs
Imago rerum nuda proficeret; fidem
Aut inveniret, Artifex Falſi, Sathan)

Pic-

Pietas, Deíque Servitus, nummaria;
Propriíque turpes semper aucupiô lucri
Eyæ nepotes, Aúsidis (69) maculant Ducem.

DIABOLI, in Jobum ACTIO criminosa.

Quid minus habere ceteris Jobi indolem,
Esavidarum (70) gentis alpestrî (71) satam
Radice; posthac, Sole mutatô, insitam
Ab Ismaële (71) condita stirpis solo? (73)
Pro temporum (inquit) *fronte, Jobabus fidem*
Circumferens, hanc vicibus alternis rotat.
Erit hic & Hostis Numini, (quid pejus hôc?)
Simulac amicam retrahet ab avaro manum,
Repetétque, quidquid dederat indigno, Deus.
Quod totum ut ipsô clarius pateat die,
Reposce, Rector Siderum, munus tuum,
Ab Jôbo Jôbum; & omne, quô circumfluit,
Regnum bonorum, queîs tumet locuples Senis, (74)
Omni refertus dote Pandóra, (75) sinus:
E copiosô, pauperem, qualis fuit,
Nudúmq; rursum, laribus & pulsum suis,
Constitue! Veris falsa sic miscens latro
Tartareus, his perjurus addebat dolis:
Si fallor hîc, aut fallo te, gnarus, volens;
Nec te recusem, Rector Astrorum, arbitrum:
Nec, litigantûm (76) lege, Rhadamanthîs (77) palàm,
Calumniam jurare sine fucô, negem;

Tuam

Tuam hanc, ſcientis cuncta, conteſtans (78) fidem:
Tuam hanc, ruinis haud inexpertam meis,
Capiti imprecatus Dexteram; dextram horridã,
Dextram, triſulcâ ſemper armatam face,
In me laceſſens. Gentis Auſæ Ducem,
Tê gloriari Rege, Patronô, Patre,
Deôq;, ſolitum; Servulum, non tam Tuum,
Quàm Temporum, fuiſſe, perſpicuum dabunt
Tibi tempus ipſum, résq;, rerúmq; exitus.

DEI, ad Jobum affligendum, incitatio, à Sathana.

I! tange digitô; ſed Tuô! (nam certiùs
Quis tangat?) hoc vas lubricum. (79) Tenta vitrum hoc:
Periclitare robur, allisâ manu.
Bona tange fundi, tange rus, ſegetes, greges:
Pertunde teſtam carnis: ulceribus fode;
Animámq;, morbîs hinc & hinc tortam, rota.
Quis Jobus iſte, tam tibi firmus foris,
Sit intus, ac ſub pelle; quatiendo ſcies.
MENTITUR auri fulgor, (80) ignarus foci,
Nec pertinacis malleô tritus fabri.

Hæc evomebat criminum, Jobi in caput
Sputa, inferi verboſus Actoris (81) furor.
Senſêre cunctî gentis ætheriæ (82) Ordines,
Tantôq; plus Rex; vulneri quæri locum,
Ubi nulla ſceleris eſſet, aut umbra, aut odor,

Quem,

Quem, dubia ſaltem, juris offerret nota.
Sed deſtinatum quadruplatori (83) fero
Hærebat; aut vî perdere, aut cauſsâ, Reum:
Ac, ni periret, rapere ſub crimen DEUM;
Et, ab Arce-Juris (84) eſſe jus læſum, queri.

Jobus Sathanæ permittitur affligendus: & affligitur.

Dicis (85) proinde potiùs, & cauſsâ Viri,
Mala non merentis, ſed refulſuri malîs;
Mirante quamvis Acta cœlô ipsô ſua,
Conſtrictus Erebo (86) Jobus à Cœlo (87)
datur:
Tonantis ut quodcunq; nutu hic irroget,
Patiatur iſte, carne ſub fragili, chalybs; (88)
Ut ab hoc caminô (89) major exiret nitor.
Armatur igitur rabida, quô vult, ac poteſt,
Stygis apparatu, plúſq;, quàm ſolitîs flagrîs,
Plutonis Ira carnifex: Dúxq; Auſidis (90)
Animi quietus antè, nec, Zephyrîs iis, (91)
Boreæ ſagax tam turbidi, facie efferâ
Phlegethontiarum preſſus Eumenidũ, (92)
gemit.
Multatur inſons, ſontis à Sathanæ manu;
Pereúntq;, puncto temporis pænè unicô,
Aſini, cameli, pecora, lanigeri greges,
Domus, arva, ſegetes, nemora; flos, ac ver,
thori:
Pignora feracis chara conjugii decem. (93)

At

At mille Jobus vulnerum rimis lacer,
Septennis (94) ipſe ſibimet horrórq;, ac fuga,
In putido regale fit ſtabulum fimô;
Dum, Ab uſq; pedibus, ulcus, ad capitis mitram, eſt.
Semjanimis ergò deſidet; jam non homo,
Sed hominis *umbra*, proprius extinctis color.
Quòd adhuc Iöbi pendet, è filo, halitus,
In ſola verba, ſiquid eſt vitæ, trahens; (95)
Id Angelorum, debet & Regi, & Preci.

Job vincit: Diabolus ſuccumbit, ac proſcribitur.

Rex, (96) in duella pectus hujc adamantinum;
Suffragiorum fulcra Cœlicolæ, dabant:
Quejs, Victor ipſe, non triumphali rotâ,
Sed utroq; vectus Axe (97) gratantis poli; (98)
E vepre dolorum, tollit evinctum caput
Sertô ROSARUM, quas legit Patientia. (99)
Hujc duplicârunt (100) Aſtra, poſt pugnā,
Stygis
Quæcunq; peſſum dederat inimicus furor.
At Talionis Lucifer legum (101) reus,
Redhibere rapta dum nequit; civis ſuæ,
Ceu priùs, abyſſi, (102) repetit Acherontis
(103) ſinum:
Vulcaniæq; (104) turris in barathro (105) ſedens,
Quod in ære nunquam ſolvet, in tergo luit.

At

At, nequis exin' alius ad Olympi (106) fores,
Abominandum, ſcurra mendacis Tribûs,
Aut criminator, ferret Orcínus (107) pedem;
Temporis ab illo cœpit, ut perhibent, gradu,
Cubitalibus Lex ducta proponi notis;
Figíq; fronte poſtium: *PROCUL hinc, procùl*
Exeſto! quisquis limen affectas ſacrum,
Sacrilegus hoſpes, hoſtis atheria domûs,
Doloſus Actor, criminis Falſi ſator,
Cauſſidicus effrons, (108) *Teſtis inteſtabilis!*
SUPER Aſtra, ſola Veritas habeat locum!

IV.

Angeli, erga populum Hebræum, beneficia; in eductione ex Ægypto.

Pectata Jobi ſcena, rebúſq; aſperis
Emeritus animi nervus, (ut, cujus ſonet
Etiamnum, in ore Temporum, laudis tuba);
Et Terræ, & Aſtris, (109) munus (110) egregium dedit;
Hominis (111) Arenam pugilis, & victæ Stygis. (112)
Nunc alia Veterũ ad Acta moveamus pedẽ:
Siqua Optimatûm-cœlitũ (113) ſocias manus,
Duríſq; latam rebus, oſtentent, opem;
Pròh! quantus operum talium nos grex premit!

Quan-

Quantúſq; rerum campus, ac Fidei ſeges?
Hanc ſi taceret reliquus Auroræ (114) ſitus,
Satìs exhiberet una ſpeculandam, petrîs
Horrens jugoſis, ſterilis-Arabiæ (115) plaga;
Et, quidquid uls Pharánis (116) incultæ loca,
Ac cis cedrifera divitis Libani juga; (117)
Intráq;, Sodomæ putidum (118) buſtô, lacum,
Percurrit amnis, fonte qui geminô ruẽs, (119)
Joris hinc, & indè *Danis*, orditur vada:
Ut una biforì Najas (120) erumpat ſinu.

Rubus ardens, nec combuſtus.

QUIS, ad Sinæum rupis äeriæ pedem, (121)
Inter rubeta denſa, legifero Duci (122)
Objecit Ignem; qui vel atomo parceret,
Durámq; propriæ figeret legem fami, (123)
Dum, cinere nullô, crepitat innocuâ face?
QUIS calceatum, ſordidô vetuit pede
Excipere ſupera Sacra, non ritu ſacrô? (124)

Populi Hebræi eductio ex Ægypto.

QUIS Iſraëlem, (125) ferreæ toſtum rogô
Fornacis, (126) ac ſub gentis Iſiacæ (127) jugô
Jam ſuccidentem, juſſit exſolvi jugô, (128)
Et execrandum vértere Canópi (129) ſolum?
QUIS contumacem, Numinis centum ad minas,
Denáſq; plagas, (130) Memphin, (131) ac Tancos (132) nigræ (133) Tyran-

Tyrannum, ad æqua vindicis tandem DEI
Facienda juſſa, gentis Abrahææ foràs
Coloniã jam ſponte mittendo, impulit? (134)
Sub noctis ipſam quando dimidiæ orbitam,
Ut quæq; Prima (135) ſpiritum vitæ hauſerant,
Ità Prima validâ capita mactando manu,
Angelicus omnem mucro delevit Pharõ; (136)
Nullô, vel hominum, vel gregum, diſcrimine.
(137)

Deductio per mare; Pharaone demersô.

Niliaca quis tunc, (138) Regna, cum DIs Alliis, (139)
Deabus Ollis, (140) & ſacrâ péponũ (141) gulâ,
Linquentibus poſt terga, ſtimulavit pedes?
QUIS expeditæ ſe dedit comitem fugæ?
QUIS aſperarum vallium (142) placidum ducem,
Fidámq;, ſalebras per Pharanæas, (143) manũ
Quando Diurnæ nubilus pilæ (144) nitor,
Rutilæq; Noctu ductor obeliſcus (145) pyræ,
Ceu bellicorũ Signa (146) conſpicua Ordinũ,
Iſacidos (147) illud omne raptabant Domûs,
Sub Moyſe, belli robur, ac vulgi gregem;
Sexcenta, dextrîs prompta, peditum millia?
(148)
QUIS tunc, Hebrææ terga preſſantem fugæ,
Cupidámque priſco (149) premere fugitivos
jugô, Et

Et Regis unà, & omnis Ægypti, manum;
Quis, ajo, tunc, nisi arcis ætheriæ vigil,
Idémque cœli principum vexillifer,
Cum Rege, Ducibus, equite, pedite, & currib⁹;
Repressit; avidis-cædium injectâ mora?
QUIS hàc, & hàc, rutilante diversùm face,
(150)
Agminibus his discussit opposita agmina;
Conferre pedibus ne pedes, manui manum,
Armísq; possent hosticis arma hostica? (151)
QUIS, posterum citante jam Aurorâ diem,
Post astra Sole pulsa, Quis fugientium
Attonitâ Rubrô castra deduxit Fretô?
Tunc primulùm, ceu Caucasô, (152) arrectis
aquis,
Stupidâque pariter, & cavis torvâ minis,
Statione subitâ fluctuum; reboantium,
Vinctum quòd æquor staret: ac siccâ Thetis
(153)
Pelagi rerectos erubescentî sinus.

Populi deductio, per solitudinem: & cibus.

QUIS porrò, ad Ælem (154), (septuaginta
comans
Quæ statio Palmis, fonte bis-senô labra
Rigavit, æstu fissa (155) Phœbéô), QUIS hinc,
Inopes aquarum rursus, ac rursus queri
Petulanter ausos, duxit; ubi lassam sitim

Sta-

Stagnantis almô latice recrearent petræ?
QUIS dejn, lupinâ pænè marcentes fame,
Quotidianis octo lustrorum (156) quadris,
Rorante ab astris tráducis Mannâ favi,
Superíq; pavit Orbis (157) electâ dape?
Angelicus ánnon cibus hic, & munus simùl,
Manúsque fuerat famula, Vernatum (158) Dei?
Abaci (159) Seráphici vixit è patinis Homo!
Sed helluonum (pròh nefas!) lautæ fami,
Plus cepa, porrus, allium, stomachi lues, (160)
Ructúsq; tetri forica, quàm puri ætheris (161)
Ambrosia placuit, Manna; prodigium cibi
Superis, at olidæ (162) gentis amenti gulæ
CIBUS (quis iram teneat hîc?) LEVISSIMUS.
(163)
Hebræa nempe semper hoc cervix habet;
Bona capere, danti sed malum reponere:
Pani referre saxa, &, ovo scorpium. (164)
Id, tot per annos, tótque scopulosas vias,
Quàm sæpe sensit, ductor errantûm, Angelus?
Tamen, inter hæc, vix ultus Undecimum
(165) scelus.

Balaam, populo Dei maledicere prohibitus.

Nec omisit usquam, tegere tam ingratum genus;
Dum sibi malevolis, vetuit Alipotens, malè
Ab Arabe dici Rege, (166) qui Vatem (167) improbum

In

In Iſraëlis unicè cladem emerat.
Phlegethontis, (168) en! hunc augurem,
Diras (169) ſibi
Magici ſtruentem murmuris ſævô dolô,
Ne fors in aures, ſemper inhiantes novis,
Uni Tonanti gens (170) dicata admitteret;
Providus Olympô (171) Genius in terras volans,
In diſparem conſilia Balaámi viam,
Retróq; vertit carmen, & mentem, & pedem:
Fulgente terrens perfidum gladiô caput. (172)
Hic pecudis, onerum callidæ plus, quàm artium,
Extemporalem ſolvit in Satyram labra; (173)
Ad inuſitatos guttur impellens ſonos:
Ut, equitis éadem regimen, ac ſonipes, ſui,
Jus Aſina queruli diceret furiis Magi; (174)
Idémq; agaſo (175) hic nôſſet, Auditor Dei (176)
Simùl, & rudentis eſſe Diſcipulus feræ.
Ab Iſraëlis (177) ergò non-dubiô jugô,
Jugulôq;, ferrum vímq; Moabi (178) Ducum,
Angelica parib' arma (179) repulerunt minis;
Populúmq;, magicæ ſortis explicitum plagis,
Victore, loca per patula, (180) deduxit pede.

Populus, ad Phógorem peccans, & punitus.

Duráſſet hic par ætheris ſemper Favor,
In caſtra: Ni mens, ſemper hujc hominũ lui
Levis,

Levis, atq; petulans, Veneris (181) illabi luto,
Laſcivientûm ad Phógoris (182) aras pellicum
(183)
In ſtrata pariter, ac ſacrum Cypridi nemus,
Procáce ſe jeciſſet & geniô, (184) & genû. (185)
Ob hæc, ſalacem (186) juſtus in gentẽ furor,
Leviticæq; (187) ſæviens ferrô manûs
Vindicta, pœnas ſumpſit, imperiô Dei (188).
Impia cruore caſtra fluitabant reô: (189)
Ac ſtrata probitas, arma quoque proſtraverat.
Cum Marte quippe Cypridi (190) nunquam
poteſt,
Niſi fœdus eſſe peſtilens. Aquilas fugat
Buſtum gravéolens; (191) & vapor Páphiæ, Angelos.
UBI decêrit armis Sanctitas, decêrit Salus.
Hanc non reducent Moyſis expaſſæ manus;
Quem demum & ipſum, ſæculi ſtadiô, (192)
ſuper
Bis-bina ſunctum luſtra, ſua carpſit dies. (193)

De Moyſis Cadavere, litigium.

Hujus ſileri décora, quàm parcè cani,
Præſtabit. Hoc & noſtra nos brevitas (194)
monet.
At non ſilendus fuerit & MICHAEL tibi,
Cothurne; (195) vitâ Moyſe qui functô, dedit,
Ornanda miniô (196) Sophoclis, ac Senecæ
ecdrô, (197)

Facinora: Michaël, prætor empyrii (198) foris;
Phlegethontis (199) ille Victor, & Averni (200)
vetus
Osor-Deorum; verus at veri DEI,
Constánsque, cultor; ille Atlas (201) superâ
domûs;
Vindex honorum Triados, (202) etiam inter
Suos. (203)
Quantò proinde gravior in Sathanam pugil?
Hic ergò, Phasgæ (204) montis aërio jugô
Alpestribúsq; rupis Abaraæ (205 plagîs,
Moysæa condi membra, Luciferi manu,
Votôq;, vetuit. (206) vicit; atq;, oculis procùl
Vulgi, removit omne, quod Moysis fuit: (207)
Quò, prurienti semper ad nemorum-Deos
(208)
Et ad horridorum celsa scopulorum Sacra,
Populo, (Sinæi plus satìs vituli reo) (209)
Præriperet ansam; Simplice ex Uno, duplex
Excogitandi Numen: ubi Cœli-Deum
Tetragrámmaton, pro more, colerent JEHO-
VAM; (210)
Moysénq;, ut alti-montis Indigetem, JOVEM
Grajô furore dicerent OLYMPIUM.
Sic, dissipante litis ardorem DEÔ,
Vespillo, (111) Phasgâ (112) pulsus, ad manes
(113) Sathan,
Piceósq;, remeat, victus iteratò, lacus.
In astra Michaël victor, ut semper, redit;

Pal.

Palmam, (214) cupreſsó (215) de triumphatâ,
vehens,
Quâ plebs ſepultum fronde ſacrâſſet (216)
Ducem.

V.

Angelus in Palæſtinam introducit populum: idémque Joſuam ducem, ad Jerichuntem capiendam, animat.

SEd, Moyſe quamvis parte jam neutrâ ſui (217)
Genti relictô, publicum flenti Patrem;
Non interim receſſit à caſtris Tonans:
Nec, pro Tonante (218) rector-armorum, Aliger.
Cæſus jacebat Rex plagæ Moábidos: (219)
Cæſus Balámus, (220) agmina, tribuni, duces;
Madianidísq; vallis (221) obſcœnæ lupæ. (222)
Jordanis indè domitus undoſus (223) tumor,
Siccatô & ipſe (224) patulus Hebræis vadô;
Maris ut Rubentis (225) fluvius (226) iteraret fidem.

Jerichuntis ager, & urbs.

Jam ſtabat ante caſtra, poſt Septem tamen
Caſura Soles, fertilî JERICHUS (227) ſolô,

Operúmq;(228)tumida mole; ſed Jesû (229)
Ducis,
(Superûm manu etiam clauſtra fracturi Infera,
Ac diruturi cuncta Syriæ(230) Pergama,)
Ad terminales (231) ruere jã properans Tubas.
En, Nunc(232) genitus, ductor, extincti vices
Suſcipere Moyſis juſſus, (233)auſpiciô DEI
Accinctus, aderat: & novô pugnas novas
Robore laceſſens ; & fariſſarum (234) recens.
Densîs hic obiens læta palmetîs loca, (235)
Et lætiora balſametorum (236) ſtrigis, (237)
Latéq; odorîs nemora quæ fragrant Rosîs,
(238)
Et amabiles virore montanos ſinus: (239)
Ad tam beatum (240)ſtabat attonitus ſolum.
Simùl, inter hæc, obibat immanem ſitu,
Jerichuntis arcem ; nec minori mœnium
Urbem pavendam mole: turritîs ferox
Quæ mille ſe tollebat in cœlum minis. (241)
Obſtupuit Heros: atq; ſic; *Facies*, ait,
Eſt nitida! *vertex* ipſe ſed tetricus loci:
Oculos capit ; ſed ipſe, quàm tardus capi?
Non Hominis opus hoc ergò: nec Jesû (242)
ducis,
Sed celſioris fuerit auctoris labor.

Angelus, & Joſue.

Hæc fatus, altô cor quatit ſuſpiriô:
Sed, hæſitans dum nunc in hæc, nunc in loca
Diſper-

Diſpergit iſthæc, animus oculorum jubar;
Virum, ecce! radiis oris, ac ſtricti, videt,
Splendore ferri, territaturum viros,
Etiam tremendos Martii vultûs minis.
Non fregit hic, quin pæne ne ſtrinxit quidē.
Herois animum turbo. Námq; animi ſtatu
Clypeatus, armis vel Gigantæis pari,
Peregrinum (243) adortus ſpontè, non viſum
priùs;
QUIS tu? inquit, aut quô jure? quâ mente, hîc
agis?
Hoſtísne, an Hoſpes? Noſter? an Jerichuntius?
(244)
Hæc Návides. (245) cuj, mentis impavido
(246) licèt,
Minùs alter (247) ore trepidus, atque animô,
refert;
TOLLE hinc, & Urbem, frater, & nomen
quoque
Jerichuntis omne, cineris in minimi ſcobem;
Quam mare Boréus (248) difflet in Rubrum
(249) furor.
Uterque nos, en! mente verſamus rotam
(250),
In funus urbis, unicam, rapidam, brevem;
Paris ambo nempe ſortis, ac tituli paris:
EGO Militum, ſiderea quos Signa ordinant,
Archiſtratégus, (251) teſſeram (252) cuj dat
Tonans.
Hôc incitante, *Tu* capis pugnæ locum;

Hôc imperante, ſocius *Ego* pugnæ tuus,
Rapidis, ab alto vectus huc, Zephyris agor.
Ne tu movere in barbaram dubites manũ,
En me! fideli látere conſertum tibi,
Tuæq;, quâvis ſorte, collegam manûs. (253)
Nec pontis uſus bellici fuerit tibi,
Vel arjetum, qui mœnium frangant ſeras.
Jerichunta namq; (ne quid infandi ſoli,
Vel nuda ſervent ſaxa) diffiamus Tubis. (254)
Hæc fatus Alæ ductor, & gerulus, ſacræ,
Summíque bella Regis auſpiciis gerens,
Ubi Joſuam, reverente ſibi pronum genû,
Excalceato (255) juſſit arvum illud pede
Calcare, tanquam pedibus (256) inſcriptum
DEI;
Aſtrifera Superûm revolat in palatia.
Qui, licèt in auras ipſe ventivolas migret,
Non tamen in auras ire Promiſſum ſinit.

Jerichuntis everſio.

Hîs ergò geminîs operis auſpicibus novi,
Michaële nempe, ac Joſuâ, non fas erat,
Jerichuntis animos fluere? non, cladis metu
Propè præſepulti, tecta nutare oppidi?
Donec, ſolutâ ſaxa procíderent ſtrue; (257)
Et omnis unum fieret Urbs cinerum-chaos.

(258)

VL

VI.

Angelorum ope, Regna Chananæorum subiguntur: populúsq; lapsus in Idololatriam, ab Angelo reducitur ad Pœnitentiam.

Chanaanitidis occupatio.

TErichus jacebat, (259) Israëlæô, ac piis (260)
Minimè cruentô Marte. tollebat tamen
Cominus, ab alto, mœnibus quanquã minor,
Sed major animîs, Haja (261) belligerum ca-
put:
Haja, Abrahæi (262) militis turpî fugâ, (263)
Præludiôque cladis Hebrææ, tumens.
Sed & hæc, repensâ vice (264) sibi, tergum,
manus,
Pœnásque, victo cæsa victori dedit.
Jam Luza, jam Hæbron, Lobna, Bethóron,
Lachis, (265)
Et, cum Chanææ (266) septem adhuc populis
Hydræ, (267)
Triceni, (268) in unum pérciti Reges ducem,
Totidémq; Regna, & omne Jordanis solum,
Se conglobârant. (269) Stabat immoto tamen
Pede Imperator, (270) mentis impavidus; loci
Tenax, & ensis: Quíque vel solus (271) metum
Concîsset omni gentium tanto æquori;

Commilitonum Galgalîs(272) totum alveat
Tamen evocatum,(273)raptat ad ſociũ decus.

In Chanaanitidem introductio XII. tribuum.

At,aheneô quò victa reprimeret jugô,
Ferrôq; parta Regna ſepiret fide;
Veteiana (274) memorî merita cohoneſtans
notâ,
Armîs ſolutum, dulcis in Tempe otii
Reſcripſit omne nomen Hebræum. Sacrô
Sic impiam (275) replevit indigenâ Chanam;
(276)
Ac, domina fune (277) jura ſortitô ſecans,
Æquô tributim (278) rura diviſit pede.
Sub gentis ergò venit Abrahææ jugum
Jordanis omne, quod cìs (279) herbeſcit, ſolũ;
Et,quà Peræa (280) trans vadum, tellus viret:
A purpuratâ Sole Nabathæô (281) plagâ,
Ad uſque fluctu turbidum Cypriô (282) fretũ.

Iſraëlitarum felix ſtatus.

In Regno Hebræus (ſi tamen Regni arro-
gans
Excipere poſſet nomen) agitabat pigrum,
Quoaduſq; vellet ipſe, deſésque, Otium;
Oneriúmque liber (283) Martis, ac priſcæ Phari,
(284)

De-

Desvêrat, opere(285) nôsse, quid secum mali
HUMANA veheret Servitus, exlex DEI? (286)

Israëlis creber ad Idola reditus.

Sed pervicacis semper, ex omni retrô
Judæus ævô, (287) capitis, ac vetiti-sequax;
Nequando, Nili (288) sicut è terris priùs,
Sic ex aviti postmodùm cœnô probri,
Exiret; artis rediit ad svetæ (289) vias:
Longôq; duræ scelere cervicis (290) palàm
Adamanta(291)repetens, córq;, ne cœli quidē
Incúde, vîque mallei, tractabile,
Obmuniens; jam luce Nuniadâ (292) piô
Functô supremâ, Temporis vertit stylum:
Cum fronte, mimum posuit; abrupit jugum;
Evertit Aram;(293)Numen explosît Vetus;
Nova finxit, Asiæ(294)de luto, sibi Numina;
Belúmq; (295)magicîs fecit Indigetem Sacris,
Hinc monstra Morum, (publici torrens
mali,
Diluvii (296) imago); nemo sed Noën (297)
agens,
Nisi lentus, aut prætrepidus, heu! muti (298)
canes,
Latrare voce, ac dente minitari, pigri!
Quis suscitaret, onere tam pressum gravi,
Somnôq; morum, clangor *Iācobi-gregem?*
Vigil ipse, quidnam faceret hîc, populi arbiter
Michaël,(299) Deorum fulmen, assertor DEI?

Reprimenda ſacris ſcelera num potiùs mitris
(309)
Committat? Atqui ſana nec pars hæc erat.
Omittat? ergò regiâ Lethen (301) viâ,
Sinè fine, quidquid generis eſt Abrahæ, petet,
Supererat; ut, ſpem Terra quà nullam daret,
Ætheris id ageret, pedibus Angelicîs, (302)
labor.

Angelus, in locum flentium deſcendens.

Michaëlis ergò è militū primo ordine (303)
Allapſus Orbi ęivis aſtrorum potens,
Conchyliatæ (304) décore ęonſpicuus togæ;
E Galgalorum valle, déque, Amnis Sacri (305)
Ripis propinquô, ruris Hebræi ſolô,
Populum frequentem nactus, & collem occupans:
Denſum reorum ęonciit cœtum agminum.

Divina beneficia, populo perfido exprobrata.

Ibi, digna ſeſe, digna lutulentô gregę,
Fari orſus, acrî Juvenis eloquio tonat;
Repetens ab alto, Numinis, Patrum in genus,
Benefacta narrat (grandę quorum Album (306)
fuit),

Non

Non ore prompta, (307) quàm manu, profu-
ſiùs.
Obliviosæ gentis ut ſenſus pigros
Memorem redigeret debitorum ad calculum;
Cœli favores his revolvendos ſtitit:
Percuſſam, ob ipſos, quinque-bis (308) Mem-
phin (309) flagrîs:
Trifæcularis (310) dura Servitii juga
Detracta; deîn, & æquoris Rubri (311) ſinum
Nudatum, &, iiſdem mox tamen mersô vadis
Pharaone, ſiccô littus obtentum pede;
Turôq; loca per dira, traductum gradu
Iſácidos (312) omne ſtirpis alvëarium. (313)
His Præco jungit, munus Angelicæ penûs,
Mannæ caniſtra; quæ nec Indorum (314) ſapor,
Nec delicatæ Bactra (315) reſpuerent famis.
Tum, Regna narrat, rapta Chananæâ (316)
è manu,
Abrahæq; (capitis-exulis) data poſteris,
Non minùs, in orbe Solis alieni, (317) vagis.
Quod tale quamvis eſſet errónum genus,
Tamen (318) inquilinis-orbis his, veluti novis
Cíconum-plagæ (319) volucribus, haud ſedes
datas,
Colubrîs (320) refertas; nec paludoſam Silen:
(321)
Sed rus, Eoi (322) ſideris gravidum bonis;
Terrámque, mundi facilè quam mammam
(323) voces:

Terram, imbre, fruge, lacte, melle, opobalſamô, (324)
Lætam; tuæ, Paradiſe, relliquias (325) humi:
Terram quietam, Pacis altricem; quoad
Gens-Héberis (326) Uni fixa perſtaret DEO.
Non perſtitiſſe, Solis ac Lunæ fide
Clarum (inquit) eſt. Sol, veſtra declinans probra,
Pallente quoties ora fuſcâſſet face;
Veſtris referret digna ſi meritis mala?
Fumant Dianæ (327) thure nocturnô tholi;
Araéq;, lémurum nidus, ac Sathanæ focus:
Fœdera Tonantis, fœdus Aſtartæ (328) fugat.
At, Quô Tonantis ſcelere? quo veſtrô lucrô?
Quâ fruge ſceleris? Eſtne transfugio color?
(329)
DEUS, (330) hominis omne, maximum, totum Bonum,
Quid, quæſo, tandem prompſit ex ſe, non-bonum?
Reſponde Hebræe! (331) Quando ſic fontes premunt,
Et cauſſa, & æther, vocis & clauſtrum, pavor;
(332)
Quid exprobranti populus opponat reus?

Populi, ab Angelo convicti, fletus, ac panitentia.

Erat oris ergò mœſta taciturni quies:

Claræ

Claræ, ſed immô pectoris tractæ ſinu,
Animi dolentis ſigna prodebant notæ:
Frons prona, gemitus, plangor, ac largîs genæ
In lacrymis; & omnis, à luctu vagô,
Reliſa vallis, (333) montium anfractu fremens.
Ad ſummam! Ut, acre Solis ardentis jubar,
Hermónis (334) altâ meſſe cùm incumbit jugis,
Apicémve Libani (335) nudat, abſtersâ nive;
(336)
Ingens horizon (337) trucibus impariter minis
Nigreſcit, horret, flat, tonat; flammâ polum,
Terrásq;, miſcet; nimbus ex alto ruit;
Cava vallium, pulſata gurgitibus, gemunt.
Bicipite, (338) ſuper hæc, fonte Jordanes hians,
Amnem-ſacratum cóncitîs trudit vadîs,
Utrôque victô fluctibus ripæ aggere: (339)
Ut Nephthalæos (340) lambat alluvies agros.
Ex orbe ſic tum Nuncius miſſus Novô,
(341)
Angelicus oris ardor, oculorum jubar,
Tonitrua vocum, fulminatrices minæ,
Populi, querelis territi, cor, frigoris
Propè-ſæcularis (342) torpidâ glacie rigens,
Emolliêrunt, igne regelatũ (343) ſacrô. (344)
Plebs copiosâ diluit lacrymâ nefas,
E bifore quæ cadebat oculorum ſinu.
Dolor, ejulantem lugubri gentem (345) ſonô,
Mugire pæne plura, quàm fari, impulit;
Ac, Spiritûs vi flante, manârunt Aquæ. (346)

Maduit tribunal: Veris in amœni rosas
Erupit omne montis, ac vallis, solum.

Loci flentium nominis origo.

Locus, humilis (347) olim, víxq; vel notus sibi,
Post illa nactus nomen, ac gesti notam,
Et nuncupari cœpit, & passim cani.
Nam, primus hic (quod omnis est Mundi tamen
Lacrymosa (348) vallis) dictus est, FLENTUM LOCUS. (349)
Rediit ad astra lætus, astrorum sacer
Interpres; (350) illo gaudii potus (351) merô,
Superûm quod omne civium exhilarat (352) genus,
VINO (353) ANGELORUM; terra quod libat (354) DEO,
Pro scelere quoties plorat admissô reus. (355)

VII.

Ab Angelis sublevati, adversîs in rebus, Israëlitæ relapsi: eorúmq; Judices, ac Reges diversi.

SEd Abrámidis, (356) vel tarda, vel brevis, ac fugax,
Solet esse Lacryma. Deneger Judas, suum
Repetit nigrorẽ; veteris & squammam cutis,

Sine

Sine fruge lotus, Æthiops. flumen perit, (357)
Oleúmq;, & opera; non perit generis color.
Ad vetera redicns rigor inexcussus mala,
Ut scelere, sic se implicuit & scelerum flagris;
Nequando deêsset caussa, vel pœnas sibi,
Vel acciendi Cœlitum, in pœnis, opem.

Israëlitarum Judices, ab Angelis adjuti.

Opus (358) ergò tandem, rebus in duris, erant,
Gedeon, ab astris (359) lectus, ac Samson, (360)
Duces:
Samson, ministrô lucis (361) Angelicô, satus,
Ac natus, ore; Verus Isacidûm (362) Hercules:
(363)
Ab Israëlis, (364) mille curvati malis,
Detrahere collô certus, invictâ manu,
Quondam (365) Gethæi (366) dira Servitii juga,
Gedeon at alibi, vi novâ, (367) Madianidis
(368)
Vim gentis aversurus auctorum in caput,
Et uterq;, vim stimulante cœli classicô,
Retulêre palmam, deviâ Marti viâ:
Alter (369) Lagenis, facibus, ac lituis, fugans;
Asininâ at hostes alter (370) obtruncans
(371) genâ.

Reges

Reges Hebræorum.

Samſone pòſt, ac, Judicum quidquid fuit
Ad bella promptum, funebri raptis die;
Ætas ſecuta, ſolia quæ fulva, (372) ac novô
Quatienda jure Sceptra, Moyſiadis (373) dedit,
Nec hoſte caruit, opibus Iſacidûm (374) gravi;
Nec Angelorum, rebus in laſſis, ope:
Qui, fas ut omne ſtrenuâ tegerent manu,
Ultore contrà calce protererent nefas;
Alacres, ad omnes Martis incurſus, (375) erant.

David rex, caſtigatus.

Utriuſque ſortis fata Jeſſides (376) tulit;
Cujus, tumentem Fortium numerô Virûm,
(377)
In arma censô, ſpiritum, ac turgens jecur,
Celer inſecutus ultor, ætherii Ducis (378)
Multavit enſis; ſeptiès-denûm (379) ſatur
Vix ſtrage tandem millium populi, ac Ducum:
Dum triduanus, (380) febris Erebææ (381) luc,
Regnum omne miſcet mucro; (382) Regem
agitat metu. (383)

David rex, victor hoſtium.

Sed qui, ſecundæ ſortis aliquando rotâ
Placidè fluente tumidus, in pœnas caput
Induc-

Inducrat altum, (384) quando, mox fastum
luens,
Cœlestis adeò tetricam sensit manum
Censoris, animæ fila (385) vix retinens suæ):
Is ipse, quondam (386) Nemesis (387) humanæ
memor,
Et adhuc modestô vela distendens sinu, (388)
Sævô Gethææ (389) gentis equitatu (390)
licèt,
Spissâque circùm falce dentatis rotis, (391)
Hinc cinctus atque hinc staret, in cladem patens;
Superæ (392) repentè sensit auxilium manûs,
Cœlôq; missum robur Angelicum, suprà
Pyrifera (393) quod se stirpium cacumina
Gressu indicabat, nec citra fremitum truccm,
(394)
Totóq; nemore mugientem Iãpygem: (395)
Barbara (396) pudendâ Castra disjecit fugâ,
Quæ se fugandi Regis (397) armârant minis.
Sic perfidorum copias, turmas, equos,
Falces, quadrigas, & quadrigarum rotas,
Pepulit pedester pubis ætheriæ (398) fragor;
(399)
Victoriæque testis insolitæ loquax,
Agitata ventis, densa permansit pyrus. (400)

Deleti etiam hostes Ezechiæ regis.

Qui, sorte porrò sæpe Bellonæ (401) gravi,

Sc

Se præſtitêre fulcra Jeſſidûm. (402) Angeli,
Davide vivis ſceptrum adhuc & lanceam
Manibus vibrante; hos ſera Davidici laris
Propago ëoſdem ſenſit auxilio ſibi
Veniſſe, belli non minori turbine;
Sed & arctiore non-ſemel pugnæ aleâ.
Id teſtis Unus (clade ſed teſtis ſuâ,
Idcóq; vero propior, in apertum dabit,
Rex Ninivæus, (403) Regis Iſacidûm pii (404)
Impius, & acer, hoſtis; exitium crepans
Hominum, Deûmq;. Tanta Sacrilegis ineſt,
Ad facinus omne, mentibus rabies-ſpei!
Aligera (405) ſed vis domuit amentes minas.
Dextra Una, mille functa legionum vice,
Angelica (nequis luteus (406) in Superas caput
Poſthac ſuperbũ juncus erigeret (407) cedros);
Sociis (408) relictis Ætheri, terras petens
Sionis, (409) unâ nocte, rhomphæâ, nece,
Immenſam in armis Ninon, (410) hecatomben (411) polo, (412)
Solymis theatrum fecit, & buſtum Inferis.

VIII.

Ab Angelis Hebræi ſervantur in columes; in Ægypto, Jeroſolymis, & in prœliis Machabæorum.

MEdo (413) tyranno paria, flagitiis pares,
Subiêre fata reguli, reges, duces:
Quorum

Quorum & Philópator (414) est in Albo (415)
aterrimo,
Phariæ (416) monarcha gentis, ac Nili tre-
mor. (417)

Ptol. Philopator, Ægypti rex, à ferocia deductus.

Ptolemæidos propagis hic mitem (418) in-
dolem,
Placidísque patrum moribus partum decus,
(419)
Truce primus ense minuit: implacidus bonis;
Pravis benevolus. (420) Hanc tigrim, (421) po-
pulô palàm,
Laniare Judæ (422) sæpe conatam genus,
Demissus astris, luce jam clarâ diem
Reddente terris, ipse lucidior die,
Vultûs coruscâ rétudit Alipotens (423) face;
Vetuítq; Regem, veste conspicuũ Tyri, (424)
Maculare pallam (425) stragis Hebrææ notis;
Ostrum cruore, nitida fucando nigris: (426)
Ritúq; plusquam Tauricô, (427) dispergere
Homines ferarũ (428) dente, funeribus (429)
Pharon.
Hæc Angelô monente, rector Mempheos
(430)
Tandem manus dans, retulit incolumem gra-
dum; (431)
Referre quem non cuilibet licuit Reo.

Helio-

Heliodorus, flagellatus.

Id ille, *Solis* celebre qui à *Dono* (432) tulit
Nomen, dynastes (433) sensit, ac planxit, Syrus;
(434)
Avidi coactu Regis (435) exactor Sacræ, (436)
Solymæa quam basilica (437) servabat, stipis;
Lacer hinc flagellis, indè ferripedem (438)
pavens
Cœlestis iram Pegasi. (439) Nam tres miser
Superûm Tribunos, (440) graviter instantes
(441) sibi,
Hunc in sonipede, cæteros planô à pede,
Sed utrimq;, plusquam vellet, armatâ manu,
Tergi nocentis pertulit lorarios. (442)

Alii religionis hostes, ab Angelis delesi.

Sensêre similem, scelere pro simili, vicem,
Lysias, (443) &, æquâ in labe, Timothei duo,
(444)
Famosa Syrii capita Gradivi: (445) quibus
Machabæus (446) hâc in classe, quâ & Numen, fuit;
Uterq; utrique pariter invisus Duci. (447)
Ast, quô furoris pretiô? Ut, eventu novô,
(448)
Vindicis Olympi (449) lanceis, aurô litis,
(450) Pro-

Procumberent; in Aſtra dum frameas (451)
vibraut.
At pars eorum, Marte Scipiadis (452) pares
Qui ſe ferebant Ducibus, horriſoni tubis,
Clypeis tonantes, ore jaculati faces;
Pœnas *Tonanti* deniq; *Ultori* (453) dabant,
Quas Tullus (454) antè dederat Elicio-Jovi:
(455)
Tullus, Quiritûm (456) regium verè caput;
Qui, magica *falſo* thura ſuccendens deo,
Verum Sacerdos (457) factus eſt *Incendium*.
(458)
Sic ergò, tumidi (459) ſceleris everſor, To-
nans
Etiam ipſa BELLI fulminavit FULMINA.
(460)
Hoc ſtirps, dicax in Aſtra, mercedis tulit.
(461)
Formidet igitur, quiſquis inſultat Sacris!
IMPUNE nec Gigantes in cœlum ſpuunt.
(462)

In Librum II.

Antiquitatum Angelicarum Veteris Testamenti Testimonia, & Observatiunculæ.

I. (1) Sophocléum forum *dicere possumus, theatrum, aut Amphitheatrum Tragicum: in quo tam præcelluit Sophocles, Tragœdiarum scriptor; quàm, unô in genere, Marc. Tullius, in Rostris, qua forum erant Ciceronianum.* (2) ποικίλη, Pœcile (*subaudi* στοά, *porticus*) *dicebatur ejusmodi ambulacrum, seu porticus; in qua variâ* (τῇ ποικίλῃ) *picturâ, coloréq; multiplici, prostabant heröes, bellô pacéve memorabiles.* Pœcile *generis hujus una erat* Athenis: *in qua, teste* Cornel. Nepote, *in Miltiade, pugna erat Marathonia, adversùs Persas, expressa: & in hac, Philosophi Stoici docebant, ac discebant, teste Laërtiô. l. 7. Pœcile alia erat* in Elide, *regione Peloponnési: in qua vox, Echone septemplici de columnis & angulis repercussa, loco nomen fecit* ἑπτάφωνον. (3) *Nam, ut dixi modò, Poecile-porticus, etiam extra regionem Atticam, in Peloponnéso, & scil. Elide, fuerat; nominatim, in urbe Olympia.* (4) *Atticam enim Poécilem illam, duo*

Pro-

prastantes pictores, coloribus exquisitis variârant: Mycon, inquam, & Polygnótus Thasius: hic gratuitò, Mycon autem mercede. (5) Antiqua Gracia exercitus, adversùm reges Darium Hystaspiden, & Xerxen I. missos. ἑλλὰς, άδος, alioquin particularis ac distincta Gracia pars, supra Phócidem, interque flumen Boagrium, Sinum Corinthiacum, & initia Thessalia, sita; paulatim universa postea Gracia nomen ἑλλάδος fecit. (6) Gracorum, & maximè Peloponnesiorum: sic appellatorum à Danao, rege Argivorum. (7) Imbuerunt enim Graci gladios & farissas suas largè Persarum sanguine, tam in Darii, quàm in Xerxis copiis; sub Miltiade, ac Themistocle, imperatoribus. (8) Campus Marathonius, ab nominis ejus urbe sic notatus, & Athenis X. ferè millibus passuum distans; inter Euboeam, & Athenas, jacet. In eo, taurus olim Creticus, impuræ Pasiphaës adulter, à Theseo mactatus est: à Miltiade verò, centum millia Persarum fusa, ac profligata. (9) Angelorum: inter quos sunt, & Principatus, ac Dominationes. (10) Hebraa nationis: cujus, maximè post legem scriptam eis datam, (vix autem dubium, quin & antè jam) hebdomadatim fuerunt in observatione Sabbata. (11) Apex, propriè ornamentum erat Sacerdotum, seu Flaminum; constans è virgulâ, modicâq; lanâ, quæ de virgulæ cacumine descendebat: Eratque in summo Capitis tegumentô. Metaphoricè verò

Digni-

Dignitatem auctoritatémq; (maximè Senio cum magnis virtutibus adhærentem,) apud Ciceronem significat. Et talî in auctoritate fuerunt prisci Patriarchæ; *ut proinde non nequicquam dici mereantur* Apicati, *qua vox Ovidii est in Fastis, de flaminica loquentis. Lib. 3. med.* His etiam conjux apicati sancta Dialis Lucibus impexas debet habere comas. (12) *Ut Abraham, cum tribus Angelis, sub Quercu Mambræa prandentibus, colloquium sociabat, & liberalitatem suam: utrumque sanctè, ac religiosè.* (13) *Opus enim hoc Jambicum,* Amphitheatro *assimilatur.* (14) Sæculum *Vatum, sive* Prophetarum, *si de flore multitudinéque eorum sermo sit (Moyse solô excepto) ferè cœpit à Samuele, Nathane, Gad, Ahia, Elia, &c. usq; ad Malachiam: qui postremus fuit Prophetarum veteris testamenti. Inter Patres autem, & Patriarchas secundarii Ordinis, meritò censeri possint Job, Josue, pii Judices, pii Reges, ac Duces: etsi sanè Job quoque vaticinatus haud pauca sit, & David quàm plurima. Divus tamen Petrus Davidem absolutè nominat* Patriarcham. *Actor. 2. v. 29.* (15) *Hujusmodi tentoria, ac peristromata, in castris habuerunt Duces Machabæi: qui non purpurâ solâ, sed & sanguine militum & ducum Syriacorum, sub Antiochis conspersérunt illa.* (16) Fortes *enim* fuêre *quidem* in bello (*uti de his loquitur S. Paulus ad Hebr. cap. XI. v. 34.*) *sed robore, de cœlo illis præsitô.* Ipsius enim (*Domini*) est bellum: *ait lib. 1. regum,*

regum, David, c. 17. v. 47. Et psal. 120. v. 1. & 2. Unde veniet auxilium mihi? Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum. &c. (17) *Quale forum fuit, ac tribunal, Judicis Samuelis. de quo 1. reg. c. 12. à v. 3. &c. Quale item Moysis, Numer. 16. v. 15. & quale ponit inter merita beatitudinis psalmus. 14. v. 5.* munera super innocentem non accepit. *Non verò, quale fuit filiorum Samuelis 1. reg. 8. v. 3.*

II. (18) *Cujusmodi fuerunt veteris testamenti Patres illi, matrésq; : de quibus S. Paulus Hebr. 11. v. 13. scribit.* Juxta Fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus (*hoc est, Bonis alterius vitæ saculiq;, quæ rectè factis promittuntur in hac vita*) sed à longè eas aspicientes & salutantes: & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram: *significantes,* se patriam inquirere meliorem, id est, cœlestem. (19) *Legis,* non scriptæ foris *characteribus elementorum aspectabilium, sicut postea Decalogus erat.* Lex naturæ *uniuscujusque in corde scripta est: sicut Divus Paulus ait Hebr. 2. v. 14.* Ejusmodi Legem (*foris scriptam*) non habentes, ipsi sibi sunt Lex: qui ostendunt Opus Legis scriptum in cordibus suis &c. *Quales fuerunt, e. g. Job,* timens Deum, & innocens ac rectus: *Melchisedech, rex Salem, Deo vero sacrificans; Abimelech, rex Gerara, adulterium detestans, & prohibens, &c. omnes hi, ante legem, Moysi datam in tabulis. Erat enim cor talium,*

um, terra bona, ſemen bonarum inſpirationum profundè recipiens, retinens, & ex eo fructum protrudens: ut eſt Luc. 8. v. 15. (20) *In* Orientali terra. *Recurret autem hæc vox crebrò, tum hôc. tum ſequentibus libris iſtis.* (21) *Lapideis duabus* Decalogi *tabulis. Exodi cap. 31. v. 18. fin. & alibi ſæpe.* (22) *1. Cor. 10. v. 6.* Hæc autem omnia in figura contingebant illis. *De Moyſe verò dicit Deus Numer. 12. v. 8* Ore ad os loquor ei; & non per ænigmata & figuras Dominum videt. *q. d. ſicut tamen alii multi per ænigmata &* figuras *abſtruſa vident.* (23) Sibyllæ, *vaticiæ fœminæ, Decem numerabantur antiquis; ſic dictæ, quaſi* Dei Conſilia. *Præcipua ferebatur, & quæ plurima cecinerit,* Cumæna; *cujus carmina, literarúmque Sibyllarum reſidua; Romæ multis aſſervata ſæculis, ſub Honorio Imperat. exciſſiſſe Comes* Stilico *traditur, à* Carolo Stephano, *V.* Sibyllæ. *Vide, de his prophetidibus, etiam S. Auguſtin l. de Civit. Dei: Adam. Tann. tom. 3. diſp. de Fide.* (24.) *Tanquam tenui* Sindone, *ceu nebulâ lineâ (ut loquitur Arbiter) circumvolutis rebus illis, ac myſteriis, quæ vaticinabantur mulieres illæ. Hujus autem ſexûs peculiare, maximéque proprium, indumenti genus eſt* peplum. *Germanis* Schlayr. *Græcis,* ὁ πέπλος, *&* πέπλον *pratenuis: velúmque ſubtiliſſimum. Indè matronas, Trojam incolentes, & hôc indumenti genere, latè longéque diffuſâ, delectari ſolitas, Homerus*

merus nominat Iliad. ζ. *v.* 442. *& alibi,* πρωάδας ἑλκεσιπέπλους, *quasi* peplum post se trahentes, *ob longitudinem.* (25) Noctilúcam *Horatius* Lunam *dicit: quòd Noctu luceat.* Ritè crescentem *(inquit)* face Noctilucam. *Libro* 4. *Carmin. odâ* 6. *ad fin. Id hoc locô, de* luminibus propheticis, *per nocturna visa oblatis, dicitur.* (26) Pharos *propriè dicebatur* Insula *maris Ægyptii, proximè Alexandriam urbem, à Septentrione. Nomen tamen idem, &* Turris *gessit, in eadem Insula; tota marmorea, candoris eximii, petra altissima imposita à Sostrato Gnidio, 800. talentorum impensâ, quam Ptol. Philadelphus, Ægypti rex, prabuit. In hac,* nocturna lampas, *ac fax, navigantibus portum monstrabat, & periculosa loca, qua vitarent:* de die, *curiosis* Specula *prabebatur. Unde, per translationem deinde, (forsitánque haud incongruè,) dici* Phari *queant, omnia loca & adificia excelsiora, è quibus spectandi subjecta, circumjectáque, possunt: in queis & amphitheatra theatraq́, sublimè educta, censeri possunt; quemadmodum & prominentia, in arduis aditibus, meniana.*

III. (27) *Barbari,* Frontispicium *dicunt theatrici pegmatis.* (28.) Idumææ. *Ex hac, à majoribus oriundus* Jobab, *ut habetur Genes. cap.* 36. *v.* 33. *&* 34. *accuratis Antiquitatum indagatoribus, per* ἐπονομάν, *est* Job. *Vide Jacobũ Salian in ann. mundi* 2319. *nu.* 4. *epitom. majoris:*

è 70. Græcis interpretibus. &c. (29) *Est enim* Impiorum (*cujusmodi fuit* Esau, *cum posteris suis Idololatris*) *desertor, laude gloriâq; potiùs, quàm infamiæ notâ, dignus.* (30) *Ad* Edom, *hoc est, Idumæam universim, seu posteritatem Edómi* (*hoc est, Esávi*) *clamat S. Abdias proph. v 3.* Superbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum *In scopulis scil. montium Sejr. &c.* (31) *Terram, in quam Job, relictîs Idumæis, commigravit, Latina vulgata* Hus *vocat, cap. 1. Septuaginta verò Interpr: Græci,* Ausítidē, in finibus (*inquit ex illis, loc. cit. Salian.*) Idumææ & Arabiæ sitam. *Etsi satis procùl terram* Hus *Adrichomius ab Idumæa finibus ad Septentrionem protrudat. Græca verba sunt.* "Ανθρωπός τις ἦν, ἐν χώρᾳ Αυσίτιδι, ᾧ ὄνομα Ἰώβ. *ubi Aquila vertit,* ἐν γῇ Ὄυς. *qui tamen translator, Græcis. 70. longissimè posterior est.* (32) *Non est hîc mens, asserere; Terram Ausitidem, seu Hus, proximam fuisse Arabiæ, cognomentô Felici dictæ; quæ Arabico Sinui citimô prætenditur, quæq; sanè à terra Hus perlongè distat: Sed, Tractum terrarum illum, hinc quidem Arabiæ Nabathæa satis vicinam, illinc autem* Arabiæ-Scheba, *sive Sabæorum; quæ regiones, non modò sterilibus Idumæa petris, sed & ipsis Arabiis, Desertâ, ac Petræâ, feliciores, multóq; fertiliores, sunt.* (33) *Quam fert oliva; adeóq; Olearum locuples. Quamquam & oleastris sua sunt bacca. Unde Maro*

Georgic.

Georgic. 2. v. 86. de his loquens-& strati baccis sylvestribus agri. *nec desunt lauris. Unde Petron.* Et baccis redimita daphne, *id est, laurus.* (34) *Tagus, Lusitaniæ fluvius, hodie Tayo ; volvit arenas aureas, Pliniô teste.* (35) *Eadem, aureas arenas vehendi, natura est & Hermo, Minoris Asiæ fluvio: qui Pactólô auctus, & ipsô auriferô, Smyrnæ campos irrigat, & ditat, ut tradit Plin. l. 5. c. 29. &c.* (36) Regem *suæ Ausitidis fuisse Jobum, eo more, quo tunc Reges multiplicabãtur, ex eo S. Tobiæ textu vulgò colligunt Commentatores in Tob. 2. v. 15.* Nam, sicut Beato Job insultrabant Reges, *quatuor videlicet ejus amici,* ità isti &c. Si reges *ergò* Eliphaz, Baldad, Sophar, *de quibus agitur Jobi c. 2. v. 15. &* Eliu, *filius Barachel. cap. 32. non inferior istis (ajunt) censendus* Job *fuerit : ut esse posset inter* pares *amicitiæ. Satìs his quoque consentiunt, illa S. Scripturæ verba, Job. 1. v. 3.* Erátque vir ille, magnus inter omnes Orientales. &c. (37) Titulum regis. *Ait enim de se Job cap. 29. v. ult.* Cúmque sederem, quasi Rex, circumstante exercitu : eram tamen mœrentium consolator. (38) *Genes. 36. v. 33.* Mortuus est autem Bela, & regnavit pro eo Jobab (70. *Interpr. exponunt,* Job) filius Zaræ, de Bosra. *Hunc* Zarem *idolatram fuisse, omnis reliqua suadet Idumæa : quam in idolomania perseverásse, constat, usque ad tempora* Joann. *Hyrcani, filii* Simonis Macha*bæi : velut annotavi, decadis 4. Parte 3. de ruina*

Seleucidarum, in Machabæis. (39) Bosram tertiam, *superiùs dixi, matricem fuisse urbium Idumæa.* Patriam *verò fuisse* Jobi, *indicio est : quòd Geneſis 36. cit. capite,* Zares, *pater Jobi, qui à Septuaginta Græcis Interpretibus sic, pro Jobab, dicitur, perhibeatur fuisse,* Zares de Bosra. (40) *Gens* Ausis, *pro* Ausîtis. *Quia, sicut Aquila terram illam vertit* Ους (*ut suprà dixi*) *sic probabile mihi sit, radicem vocis Ausitis, idus, Hebraicam, septuaginta Interpretibus fuisse,* Aus. *unde patronym.* Ausis, idis. (41) *Occasiones Ausitidos incolis, & caussas, non defuisse crebrarum, cum Sabæis & Chaldæis excursoribus, velitationum; unde* Ausítæ *magìs efferarentur : colligi potest, è Jobi capite 1. v. 15. & v. 17.* (42) *Duodecim Jacobi filiis, deflorationem* Dinæ, *sororis suæ, permolestam accidisse, propter ingentem, in genus universum redundantem indè, infamiam; clarè monstrant illa Simeonis, & Levi, verba; post occisos omnes Sichémi urbis incolas mares, se de sævitiâ purgantium,* Genes. 34. *v. ult.* Numquid, ut scortô, abuti debuêre sorore nostrâ? (43) *Genes. eod. cap. v. 30. dixit Jacob, post deletos crudeliter Sichimitas.* Turbâstis me (tu Simeon, & tu Levi!) & odiosum fecistis Chananæis. *En, luctus turbati Senis!* (44) *Addit ibid. Jacob.* Et delebor ego, & domus mea (*à Chananæis, Sichimitarum excidium ulturis.*) *En, terrorem,*

rorem, & consternationem Jacobi? Omnia hac, è Dinæ contaminatione, tanquam fonte tantorum malorum, orta. (45) Historia oppressæ turpiter Dinæ, refertur exactè Genesis cap. 34. à. v. 1. ubi sunt hæc quoque verba, v. 2. Sichem, filius Hemor, adamavit eam (Dinam) & rapuit, & dormivit cum illa, Vi opprimens Virginem. Quæ sine dubio Violentia, legi quoque naturæ repugnabat: ut, quæ vetaret, Invitam & reluctantem, dejici virginitatis possessione. (46) Savitia dolosa, quâ fratres Dinæ, sororium dedecus, non solo stupratoris, sed & patris ejus Hémoris, omnisúmque mariúm, cæde & urbis excidiô, sunt ulti; majus longè facinus fuit, quàm unius mulierculæ, intempestivè curiosæ, raptus & abusus; subsecutô præsertim matrimonio corrigibilis. Mitior certè, in talia delicta, Lex fuit Moysæa: quippe, cujus pronuntiatô, tota violationis pœna, dos erat, à seductore danda seductæ; & matrimonium cum ea subsequens. &c. Exodi 22. v. 16. & 17. (47) Post jacturam illius floris, de quo in Epithalamio. Vesper adest, poëta Veronensis agit, per Comparationes, Ut Flos in septis secretus nascitur hortis &c. Sic Virgo, dum intacta manet. &c. (48) Fobo. (49) In nuptiis, utpote nocturnô maximè tempore deduci consummariq; solitis, apud Orientales, lampadum (Matth. 25.), apud Romanos, Græcos, aliósque populos, facularum, è tedis

piceísve, uſus erat. Catull. in nuptiis Juliæ & Manlii Torquati, circa med. Virgo adeſt. viden', ut faces Splendidas quatiunt comas? *& infrà.* Tollite, ô pueri, *faces!* Flammeum video veni-re. *Et Maro, eclogâ 8.* Mopſe, novas incide *fa-ces*: tibi ducitur uxor. *Nupſiſſe porrò (& feliciùs quidem utique, quàm nuptura Sichémo raptori ſuo fuiſſet,) Dinam Jobo; ſenſerunt olim nonnul-li, è Maſſoreticis, opinor, traditionibus: diſſenti-ente tamen Salianô; qui, Dinam cenſet, totis 36. annis Jobo ſeniorem fuiſſe. In annum Mundi 2319. n. 6. epit. fuſiorìs.* (50) *Anicula rixoſa: Eu-cliónis œconoma, apud Plautum in Aulularia.* (51) *De qua tribu S. Job dixit cap. 2. v. 10.* Quaſi una de ſtultis mulieribus locuta es. (52) *Jobi 2. v. 9.* Dixit autem illi uxor ſua : Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua ? Benedic (*id eſt valedic, vel etiam Maledic*) Deo! & morere! (53) Jobo; *qui principabatur in Auſitide* : (54) *Gehenna rex, Lucifer.* (55) *Cœleſtis regio ; quæ tunc, nondum hominibus, ſed ſolis Angelorum po-pulis, in novem choros diſtributis, data erat in poſſeſſionem. Concilium interim illud, non in cœ-lo tunc, ſed in aëre, &c. celebrabatur: ut alibi do-ceo.* (56) *Hoc prætõium Jobo Deus ipſe tribuebat; cum in os, ac faciem, Sathana ingeſſit hæc verba. Job. c. 1. v. 7.* Numquid conſiderâſti Servum meum Job : Quòd non ſit ei ſimilis in Terra ? &c. *Quæ repetuntur & infrà, cap. 2. v. 3.* (57)

Hæc

Hæc vox, quæ sæpius recurret, ex impositione primæva, significat Campaniæ Italicæ lacum; *olim fœtidum, & exustum, & ipsis adeò volucribus impermeabilem. Quem idcircò translatè pro* Inferno, *seu Gehennæ, postea poëtæ usurpârunt, tam profani, quàm Ecclesiastici. Virgil. 6. Æneid.* Tros Anchisiade: Facilis descensus Averni. &c. *Ecclesia quoque in hymno Dominicæ, ad Matut*: Ne fœda sit, vel lubrica, Compago nostri corporis; Ob cujus ignes, ignibus *Avernus* urat acriùs. *Et in Hymno emendatioris metri, ad Laudes Dominicarum* post Pascha: Aurora cœlum purpurat. &c. Horrens *Avernus* infremit. *Averni Italici accuratam descriptionem habes apud Mart. Zeillerum, in Itinerario Italiæ, pag.* 172. *&* 173. (58) *Erinnys, yos,* ἐρινύς, *genit.* ἐρινύος, Furia. *Erinnyes, um*, Furiæ. (59) *Aëria regio, in qua ventis dominatur Æolus, ventorum rex. Virgil 1. Æneid. post init. Concilium porrò* filiorum Dei, *de quo narrat S. Scriptor, Job. c. 1. v. 6. & cap. 2. v. 1. celebratum fuit infrà cœlum Lunæ, de qua controversia vide Salian. in anno M. 2398.* (60) Armilustrium (*seu, ut Joan. Sinapius loquitur*, Armilustrum,) *Romanis Festus erat dies, quo sacrum armati faciebant; & inter rem divinam tubîs perstrepebant. Eodem autem nomine vocabatur & locus, in quo talia fiebant. Hîc, pro* Lustratione *capitur, & censurâ*, militarium copiarum, *præ-*

sertim Equestrium: *Germ.* Musterung vnd Musterplatz. (61) *Tangit hanc Censuram, in Equitibus Romanis fieri solitam (& à qua allegoria hæc, Censura mortalium, à Deo facta, petitur) etiam Naso, l. 2. Trist. de* transvectione equestri, *in oculis Augusti censoriâ factâ, loquens.* At, memini, vitámque meam, morésque, probabas, Illô, quem dederas, prætereuntis equô. *Et ante finem libri.* Carmináque edideram; cùm te, delicta notantem, Præterii toties irrequietus eques: *Id est, à te, censore morum, Auguste Cæsar, non jussus cum equo subsistere, & tantisper progressu abstinere; donec, caussâ delictîsque meîs cognitis, equum mihi adimeres: & sic infamares.* (62) Clavata toga, *quæ* Clavum *habet purpureum, sive jam* clavum latum, *ut Senatores; sive* Angustum, *ut Equites. de quo genere vestis, ac vestium, inter utrumque ordinem, discrimine, egi libr. Ortûs & Interitûs Vet. Reip. Rom. Ad Summam!* Clavata toga, *Insigne erat spectatæ dignitatis & ordinis.* (63) *In Judiciis Romanis, à quibus hæc allegoria Judicii divini transsumitur,* tabellæ ceratæ *dabantur Judicibus singulis* ternæ: *quarum Unam aliquam, in Urnam, sive Cistam, ante oculos eorum positam, demitterent.* Una *harum, erat Absolutionis; quæ idcirco littera A, signabatur.* Altera, *Condemnationis; & ideò, C, notata.* Tertia *denique, Ampliationis; quando Judex profitebatur,* Sibi

de

de Criminis certitudine nondum plenè liquere; sed Ampliore, ad dispiciendam causſam, spatiô temporis opus fore: *quæ propterea litteris. N. L. inscribebatur: hoc est*, Non, *vel Nondum*, Liquet; *reúsne Damnandus, an Absolvendus, sit? De quibus Rosinum vide lib. 9. Antiquit. Roman. c. 24.* (64) *Lis* Crépera *in Judiciis dicebatur, cujus Causſa Controversiáque Dubia, obscura, involuta, intricata. Sic Lucretio l. 1.* bellum Creperum, *quod anceps, & dubii eventûs.* Aliis, Res crepera, Lux crepera, *&c. id est, dubia, subfusca.* (65) *Infernus Phalaris,* φωτοδιάβολος, *Lucifer.* (66) Acheron, *ex impositione primâ, Plinio fluvius est Lucaniæ. Servio, Locus in Campania Italica, montibus undequaque clausſus; in quo necromantæ suis veneficiis vacabant. Denique, poëtis fluvius est Inferni: & pro Inferno adeò ipso (ut hîc, & sæpe postea) ponitur.* Sinus *Acherontis*, medium *est Gehennæ gremium.* (67) Cœli: *quod* Olympi *nomine passim à profanis, & Ecclesiasticis poëtis insignitur; propter altitudinem montis illius, nubes transscendentis. Maro. Æn. 10.* Panditur interea domus omnipotentis Olympi. &c *passim. Hymnus, de Ascensione, ad matut.* Sis ipse nostrum gaudium, Manens *Olympo* præmium &c. (68) *Jam enim ipse etiam Deus Jobum pronuntiaverat* Innocentem. *Jobi capite 1. versu 8.*

homo (*inquit*) ſimplex & rectus, &c & recedens à malo. (69) Jobum; *Auſitidis principatu potientem.* (70) *Ex Eſau progenita: Idumæorum nationis. patronymixῶς.* (71) *Omnis enim Idumæa, & montes Sejr, eodem ſtectantes, quid ſunt, niſi* Alpes, *& confragoſa loca? Vide Adrichomii, & Tillemanni Stellæ, tabulas Palaſtinæ, & Pharánis.* (72) *Jobum Sathan calumniatur, cùm priùs fuiſſet Idumæus, poſtea tranſiſſe ad* Iſmaëlitas; *qui, ſecundùm tabulam Paradiſi Nicolai Jans-Fiſcheri, Auſitidi, ſeu terræ Hus, vicini ores ſunt: & ſordidis inſtitorum quæſtibus multùm addicti; ut elucet è Genes. cap.* 37. *v.* 25. *ubi* reſínam, & ſtacten, & aromata, dicuntur in camelis portaſſe, ex montanis Galaad, in Ægyptũ. (73) *Pſalmô verò* 82. *v.* 7. *jungũtur Idumæis, & Agarenis, ac cæteris idololatris; ut communis fax & lues Orientalium gentium: qua* teſtamentum diſpoſuerunt (*hoc eſt, fœdus inierunt*) adversùs Deum. (74) *Septuaginta nam jam annos ætatis expleverat* Job; *quando affligi cœpit à Sathana. Athanas. in ſynopſi. S. Cyrill. Alexandrin. Commentar. in* Job. *Jacob. Salian. in annum M.* 2398. *Gabr. Bucelin. in nucleo univ. hiſtor.* (75) Pãdóra, Gr. πανδώρα, & πανδώρη; *Puella, in quam Dii Deæq; omnes, ſuas quiſque dotes congeſſiſſe credebantur. De hac Heſiodus.* Πανδώρῃ, ὅτι πάντες, Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, Δῶρον ἐδώρησαν. *Hîc, pro*

Feli-

Felicitate omnigenâ *sumitur.* (76) *In Lutibus Judicialibus*, simulac uterque litigatorum advenisset Judex utrumque jurare jubebat, (*ait Rosin. Antiquit. Roman. l. 9. c. 15. ad med.*) Actorem *quidem, se non Calumniæ caussâ petere: Eum autem, à quo res petebatur; se non Calumniæ caussâ inficiari. Hoc vocabant*, Calumniæ Jusjurādum: &, *ut Alexander Acanthius ait, in sua Pygmæo-Gigantomachiâ*, Calumniam jurare. *Formula verò jurandi vulgata, fuit hæc*: Ex animi tui sententia, utì tu, &c. *Vide Rosin. lib. & cap. citatis*: & *Eumolpũ, apud Arbitrum, in navigatione.* (77) *Id est, publicè, coram Judicibus etiam rigidissimis, qualis à priscis habebatur* Rhadamanthus Cretensis, *frater* Minóis, *Virgilio, Judices Inferorum, l. 6. Æneid.* Gnosius hæc Rhadamanthus habet, dirissima regna (*Tartarea scil.*); Castigátque, audítque dolos, subigítque fateri &c. *Hoc autem locô Sathan, Rhadamanthi nomine, Michaëlem, & concordes ei Angelos, designat; sibi quondam severissimos.* (78) *Ciceronis est ult. in Verr: Actione, pro, obtestor, imploro, testem appello.* (79) *Quæ lubrica sunt, ea facilè éxcidunt. Et Fobus igitur à Fide, Deo promissâ, desciscet, ac resiliet: si adversis exerceri cœperit.* (80) *Alludit auctor ad id, quod postea scripsit Siracides, Eccli 2. v. 5.* Quoniam in igne probatur Aurum & argentum; Homines verò receptibiles, in camino humiliationis. (81) *In Judicio privato, & quasi*

domesticô, pecuniam petens, ac repetens, Actor *erat: in publico verò, ac forensi, mulctam pœnámve petens, ac repetens*, Accusator, *& erat, & dicebatur*: *ut Cicero in Verrem. Vid. Rosinum, l. 9. antiqq. c. 19. ante fin. longiusculè.* (82) *Angelorum felicium, & in cœlo creatorũ, inq; cœlo ordinariè habitantium: tunc autẽ pro eo tempore, & extraordinariè, in regione sublunari conventũ agentium.* (83) Quadruplator (*ait Sinapius*) *à comico Plauto, in Persa, dicitur*, Criminis delator; *eò, quòd hic damnati fortunarum, ac facultatum*, Quartam *partem reportabat. Hîc autem Satban, plus*; Jobi *videlicet facultates omnes. Ejusdem autẽ nominis infamiam subibant delatores* proscriptorum: *quorum ii* quartâ bonorum parte *diteſcebant, ut ait Asconius, in Ciceronem.* (84) A Deo: *qui omnis Justitia, non solùm idéa, forma, auctor, & exemplar, est; sed & asylum, tutela, ac propugnaculum.* Custodit veritatem (*id est, æquitatem*) in sæculum: facit Judicium injuriam patientibus. *psal. 147. vers. 7.* (85) In speciem saltem. Für den Schein / dem Kläger das Maul zu verschoppen / zum Fürwort: *ne nihil omnino illô judiciô egisse Judices viderentur.* (86) Erebum *Hermann: Torrentinus*, Inferni partem; *I. Sinapius*, Inferorum amnem: *Varro matrem, aut patrem Noctis, vocat. Quidquid id sit; à poëtis vulgò, ut Virgil. l. 6. Æn. Sannaz. l. 1. de Partu Virgin. altísq;, pro* Gehenna; *nunc, aliásq; sæpe, pro* Inferorum

rorum rege, Sathanâ usurpatur. (87) A Deo, & Angelis; non intercedentibus Decreto Dei permissivo. Job cap. 1. v. 12. Ecce, universa, quæ habet, in manu tua sunt. Cap. quoq; 2. v. 6. Ecce, in manu tua est. Veruntamen, animam illius serva. (88) Jobus; sub malleis diabolicorum ictuum. (89) Miseriarum videlicet; quibus exercendus, & excoquendus erat, instar auri, quod dicimus obryzon, ὄβρυζον. (90) S. Job. suprà. (91) Hac, ad eum usq; diem, tam prosperâ, latâ, constantérq; aspirante, fortuna benevolentiâ, Favoniis similliniâ. (92) Furiarum Infernalium vultu, repentè tam tetricô, veluti mormolyciô quodam, se viro sancto offerentium. Euménidum autem, seu, (quod eodem redit) Furiarum, sunt tres, Acherontis, ac Noctis filiæ, Alecto, Tisiphone, & Megæra; crinitæ serpentibus; eadémque & Diræ dictæ. Quàm truculentè verò tractârint innoxium Jobum; refertur Jobi c. 1. & 2. fusè. (93) Jobi c. 1. v. 2. Natíq; sunt ei (Jobo) septem filii, & tres filiæ. At eodem c. v. 18. & 19. omnes hi, mediô convivii fervore, ruinâ superincidentis domûs oppressi referuntur, & extincti. (94) Calamitatem hanc Jobi durâsse septenniô solidô, tradit S. Cyrill. Alexandrin. apud Anastas. Nicænum, tomô 1. biblioth. Patrum; & alii plurimi, quos refert Jacob. Salian. in annum Mundi 2398. De illius sessione in sterquilinio, habes Jobi cap. 2. vers. 7. Ut & de ulcerosa ipsius corpore. ibid. (95) Pelli meæ, con-

consumptis carnibus, adhæsit os meum: & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos, *ait S. Job, cap. 19. v. 20. Quàm marcida verò, defecta, semianimisq; vox exierit è fauci-bus, & labiis talibus; exprimit idem ibid. v. 17.* Halitum meum exhorruit uxor mea. *Mortem itaq; Jobi distulit tunc Dei voluntas; & SS. An-gelorum, pro eo interposita, interpellationes, ac sus-spiria, patienti Jobo condolentia.* (96) *Deus scil. ter maximus.* (97) *Axis, propriè stipes, seu lignũ teres; circa quod Rota in curru volvitur. Trans-latè verò sic dicitur, diameter, seu Linea illa ima-ginaria, qua à polo, seu cardine cœli, meridionalî, hoc est, Antarcticô, procurrit, per orbis medium, ad polum, seu cardinem, Arcticum, hoc est, septen-trionalem. Ab his duobus Polis seu Cardinibus cœli fit, ut 1. Axis ipse dividatur in geminos, per-inde, ut cardines & poli: in Australem videlicet (sicut sanè Idumæa, Jobi patria, ad Austrum est sita) & in Septentrionalem (ad quam plagam est sita, respectu Idumæa, terra Hus, seu Ausitis.) 2. Ut vocabulo* Axis, *à poëtis frequenter intelliga-tur ipsum* Cœlum. *Virgilii est, ut alios omnes pra-teream, lib. 4. Æn. longiùs à fin.* - Ubi maxi-mus Atlas Axem, *id est*, Cœlum, humero tor-quet, stellis ardentibus aptum. (98) *Hoc voca-bulum*, Polus, *pro* Cœlo (*& quidem, etiam Em-pyrio, seu Beatorum, ac Divorum*) *usurpatur cre-brò, non in his solùm 6. libris; sed etiam à poëtis,*

iisq;

iisq; celebrioris notæ: non Ecclesiasticis tantummodo, passim; verùm etiam exteris, ac veteribus: Virgilio, Nasone, & Senecâ tragœdô, frequenter admodum: cumprimis autem, in Hercule Oetæo. (99) Patientia colligit Rosas. *quam sententiam & pictores vulgò iconi pueruli Iesu, sub fasce corbéque sudantis, & interim florilegi, subscribunt.* (100) *Lege cap. 42. Jobi, v. 12.* (101) *Hæ leges eorant*; Ut, quod quisque alteri malum intentârat, aut inferre cœperat, ipse sustineret: *sicut postea Danielis 13. duo Judices iniqui, Susannæ mortem machinati, pessimè perierunt.* (102) Gehennæ profundissimæ: *cujus, sub Abyssi nomine, mentio fit etiam Luc. 8. v. 31.* Et rogabant illum (*Christum, legio Damonum,*) ne imperaret illis, ut in Abyssum irent. *Cæteroquin autem, ὁ, vel ἡ ἄβυσσος,* immanem *immensámq; significat aquæ, vel cujuscunque rei alterius,* profunditatem, *ac voraginem, velut quodammodo inexplebilem: cujusmodi fuit illa Marci Curtii Romæ, in quam hic se, cum equo, præcipitavit.* (103) Gehennæ, *Tartarei fluminis, meditullium. suprà. Vel, exponi* Sinus *potest, de flexu & spatioso excursu infernalis amnis: sicut* Sinus maritimus, *v. g. Persici, Arabici, Gangetici, maris.* (104) *Custodiæ, seu Carceris Tartarei, semper ardentis.* Vulcanus *enim*, Deus ignis. (*inquit Herm. Torrent.*) *ac sæpe pro* Igne *sumitur ipso; velut, apud Plaut.* Vulcanum in cornu gero.

i. e. can-

i. e. candelam accensam, in laterna cornea. Vulcanius, *ignitus.* (105) *Barathrum*, Gr. Βάραθρον. ὐ. τὸ, καὶ Βέρεθρον, ὐ, Carcer Athenis *dicebatur ille, qui, in putei profundissimi formam jactus, superiùs, & in immo, uncinis (utì Suidas tradit) in circuitu prafixus, asperabatur. In eum* κακοῦργοι, *hoc est*, scelestissimus *quisque; deturbabãtur. Abusivè ponitur, pro pernicie, à Demosth. in Philipp.* Mediô *significatu, pro quavis* immensæ profunditatis cœnosâ voragine, *præcipitique hiatu.* (106) Cœli. *suprà.* (107) Orcus, *infernus; obscuritas inferorum; amnis infernalis: & ipse quoque Pluto.* Orcînus, *adjectiv: ab Orco, sicut à Plauto, Plautînus; à porco, porcînus. &c. quod ad Orcum, ad porcum, ad Plautum, spectat.* (108) *Caussidicos, hodiernus fori mos loquendi* Agentes *appellat. Hi verò ex Agentibus Effrontes sunt; qui, protritô omni pudore, Caussam bonam facere malam, & malam facere bonam, audent, aut conantur: quorum archisynagógus est* Diabolus, mendacii pater. *Joan. 8. v. 44. Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur.*

IV. (109) *Sicut de se postea, & collegis Apostolis,* S. *Paulus dixit;* Spectaculum facti sumus Mundo, & Angelis, & Hominibus. *1. Cor. 4. v. 9. videlicet,* pugnans, non, quasi aërem verberans, *1. Cor. 9. v. 25.* sed, ut incorruptam coronam, *ac bravium*, accepturus, *è lucta* adversùs principes & potestates tenebrarum, adversùs

spiri-

spiritualia nequitiæ, in cœlestibus. *ad Ephes. 6. v. 12.* (110) Munus dare, *vel* Edere populo, *dicebantur antiquâ propriâq; Latinitate; qui Spectacula, præsertim verò bestiarum, & gladiatorum, in Circo, vel arenâ, suîsmet impensis, exhibenda curabant.* Sueton. *in* Julio, *cap. 39. & c. 75. de* Lucio Cæsare Juniore. Editores *porrò talium populis deliciarum,* Munerarii *dicebantur.* (111) *Jobi pugnantis patientiâ.* (112) Diaboli, *à Jobo superati.* De Styge, *suprà,* Summatim, *capitur hoc locô, pro toto Inferno; cujus caput Sathan est. Poëtis est, fluvius infernus, per quem jurare DI credebantur, religione inviolabili. Reipsa verò* Styx, *parvus est Arcadiæ fluvius: cujus aquæ haustus confestim necat.* Herm. Torr. (113) *Angelorum, qui cœli proceres, ac principes, sunt;* in adjutorium populo Dei mitti *soliti: utì de S. Michaële canit Ecclesia, eum invocans.* (114) *Orientalis cœli plaga: ex qua surgit aurora.* Sic enim & Virgilius *de populis canit, ad Orientem sitis, lib. 8. de Marco Antonio loquens.* Hinc ope barbaricâ, variisque Antonius armis Victor, ab Auroræ populis (Syris, *Armenis, Parthis*), & littore rubrô, Ægyptum, virésque Orientis, & ultima secum Bactra, vehit, &c. (115) *Arabia plures unâ sunt: purà,* Felix, Deserta *seu arenosa,* & Petræa, *sive scopulosa. Hic de tertiâ loquimur: in qua, teste S. Scriptura, nihil ad hominis alimentum nascitur. Deut. 32. v. 10. & clariùs, Deut. c. 8. v 15.*

(116)

(110) Pharan, ánis, *dicitur omnis illa Solitudo, vaſtitasq; montium ac valliũ ſaxoſa, qua à Madianæis Idumæisq; finibus, in Auſtrum procurrit, uſque ad confinia Sinûs Arabici. Tabulam ejus exactam, Adrichomius habet, in P.* (117) Chanaánitis *Regio, à Septentrione, finitur monte Libanô: qui natura quidem donorum, ac ruris, vinetorum, & paſtionum, dives diu manſit, quippe, Maronîtis etiam accolis, & cultoribus, ad noſtra uſque tempora, frequentari ſolitus: olim quoque,* Cedrorum *copiâ celebris. Hac tamen tempeſtate, ſiqua Leonardo Rauchvvolfio, in hodœporico Syriæ, fides eſt, pane calvus; ejúſq; generis arborum ſub Turcis, omnia vaſtantibus, nudus.* (118) Sodomæ buſtum, *hoc eſt, combuſtionis urbium illarum reliquiæ;* Lacus *eſt* Aſphaltites, *bitumine, ſempérq; exhalante tetrô ſpiritu, fœtidus.* (119) Jordanis: *cujus fons alter* Jor, *alter* Dan, *ei nomen completum* Jor-dánis *imponit. De hoc dictum eſt etiam lib. 1. Eſt autem uterq; fons cis Libanum, haud ità procul radicibus illius.* (120) Najades *priſcis Nymphæ, ſeu Deæ, fuerunt fontium, & aliarum aquarum fluitantium: à νάω. fluo. In ſingulari,* Najas, *adis.* Ovid. *l. 1. Metamorph. de* Syringe. Näias una fuit, &c. Sacra *verò* Najas: *quia, non unô prodigiô, divinitus jam olim, & poſtea Chriſti Jeſu ſanctiſſimô lavacrô, conſecrata fuit Jordanis unda.* (121) E *rubo ardente loquebatur Moyſi* Angelus, *Dei perſonam*

sonam referens, ut ait S. Stephanus Actor. 7. v. 30. Id autem factum est in deserto montis Sina: ait ibid. S. Script. & Exodi 3. v. 2. hoc est, ad ipsum montis pedem: ubi postea cœnobium exstructum Calogerorum, hoc est, monachorum Graecorum, hodiéque loci vestigia ostentat. (122) Moysi; qui Hebraicæ gentis Legislator fuit: utì Solon Atheniensium, Lycurgus Spartiatarum. (123) Ignis enim, alioqui (ceu semper adhuc esuriens, etiam post omnia devorata,) nunquam dicit, Sufficit! Proverb. 30. vers. 16. hîc autem, ne vorare quidem cœpit. (124) Incessûs videlicet, in calceamentis profanis, ac pulverulentis. Ideò dixit Angelus Moysi, Exodi 3. v. 5. Ne appropies huc, solvè calceamentum de pedibus tuis. Locus enim, in quo stas, terra Sancta est. (125) Hîc, ut passim ferè alibi in S. Scriptura, Israël, non Jacobum, unum hominem singularem, sed populum Israëliticum universum, notat: sicut Matth. postea 8. Christus dixit v. 10. Non invéni tantam fidem in Israël. Et S. Paul. Roman. XI. v. 25. & 26. Donec plenitudo gentium intraret: & sic omnis Israël salvus fieret. (126) Deuteron. 4. v. 20. Vos (inquit populo Moyses) tulit Dominus; & (in manu Angeli, Exodi 23. d.) eduxit de fornace ferrea Ægypti, &c. Ferreâ, propter æstum laborum assiduum, & propter duritiam eorum, qui præerant operibus Exodi cap. 3. v. 7. & cap. eod. v. 9. (127) Ægyptiaca videlicet gentis: qua sic Isidem Deam colebat, adeóque

dedita

dedita cærimoniis illius, ac Sacris, erat: ut tota Isidis esse videretur. Juvenal. Satyrâ 6. *v.* 487. *de mœcha, adulterum suum exspectare solitâ* in hortis, Aut apud Isiacæ potiùs lacraria lenæ, *id est, Ægyptiaca lena. Fuit autem* Isis, *seu* Jö, *illa; quam Juppiter vitiatam fingebatur, in Vaccam mutâsse. Naso* 1. *lib. Metamorph. ante fin.* (128) *Exodi* 5. *v.* 1. Hæc dicit Dominus Deus Israël (*per Angelum scil. Dei vice, id mandantem è rubo Sinai*) dimitte populum meum. &c. (129) Canópus, i, *urbs est Ægypti, ad Nili ostium illud, quod, Alexandriâ stadiorum* 120. *intervallô distans, ab urbe nominabatur* Canópicum; *patria Claudiani, præstantissimi poëtæ Latini. Sumitur autem* Canópus (*ut nunc*) *à poëtis, pro tota Ægypto; sicut Pharos: pars, pro toto.* (130) *Hæ* plagæ, *quibus Deus Pharaonem & Ægyptum afflixit, quòd nollent Hebræos dimittere, recensentur, per aliquot prima ferè capita libri Exodi: nominantúrq; pariter, ac numerantur, à P. Jacobo Pontano, in* Sacris Colloquiis, decem. (131) *Superiùs dixi, principem, ac regiam, fuisse Ægypti urbem: cujus adhuc vestigia supersunt ad Cairum: quæ urbs, & ipsa amplissima, Memphi successit.* (132) Tanis, eos: *urbs Ægypti; quam I. Sinapius fuisse metropolin dicit; in eâq; prodigia à Moyse, & Aarone, patrata. cuj assertioni postrema favet psalmi* 77. *versus* 12. Coram patribus eorum (*Israëlitarum*) fecit mirabilia, in terra Ægypti in campo Taneos. (133) *Ægyptii vulgò colorius sunt, etsi nondum Æthiopici, jam tamen*

tamẽ adustioris fusciorisq;, quàm Europæi: propter Solis majorem vicinitatem, & ardorem; maximè meridianum. Vide Felic. Fabrum, & Illustriss. Radzivilium, in Itineratiis Ægypti. (134) *Exodi* 12. *v.* 31. rex *Pharao, jam ultro tandem, & intempestâ quidem nocte*; Surgite (*inquit Moysi & Aaroni,*) & egredimini à populo meo, vos, & filii Israël. *& infrà v.* 33. Urgebántq; Ægyptii populum, de terra exire velociter. (135) *Exodi* 12. *v.* 29. Factum est autem in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti &c. Dominus, *inquam, ministeriô* Vastatoris Angeli (*sicut eum vocat Ecclesia nunc, hymnô quodam Paschali ad Vesperas*); *ministeriô* duri debellatoris, *Sapient.* 18. *v.* 15. *quem tamen, non ideò consequens est,* Tartareum *fuisse Angelum, & non cœlestem. Vide Petrum Thyræum Theologum, de Apparitionib. cap.* 13. *num.* 21. *& cap.* 16. *num* 12. *à paritate, & analogiá.* (136) Ægyptum: *ut suprà dictum: idq;, κατὰ τὴν πρόληψιν saltem.* (137) Percussit primogenita Ægypti, ab homine usq; ad pecus. *Psal.* 134. *v.* 8. à primogenito regis, usq; ad primogenitum captivæ. *Exodi* 12. *v* 29 (138) Ægyptiaca: *quorum olim plura erant, ut satis indicavi in Ruina Busiridis. decad.* 2. (139) Olera, *plantásq; hortenses, Numina fuisse Ægypti, clarè canit Juvenalis, Satyrâ* 15. *à v.* 1. *& mox infrà.* Porrum, & cepe, nefas, violare, & frangere morsu. O, *sanctæ gentes, quibus hæc nascuntur in Hortis Numina! &c.*

(140)

(140) *Si lurconum* Deus *est Venter, juxta* S. *Paulum Philippens. cap. 3. v. 19. apud eosdem, censûs non disparis erunt, vasa, quæ cupedias eorum cœtus continent; ut est* Olla: *quæ & Euclionis fuit Plautini Dea, in Aulularia; quippe, quæ* thesaurum *ejus haberet in se reconditum. Israëlitæ cerrè ganeones, Ægyptiorum exemplô, dum Ægyptũ relinquere cogebantur, suspirabant,* post Ollas carnium. *Exodi 16. v. 3.* (141) *Pépones* (*germ.* Pfeben/ *vulgò* Melonen/) *Ægyptiorum Numina; & ipsi à voracibus Hebræis, inter Summa Bona,* (*sicut Deus, Summum est bonum,*) *recensebantur, Numeror. XI. v. 5.* In mentem nobis veniunt cucumeres, & pépones, porríque, & cepe, & allia. *Ob hæc, & similia, populus Hebræus ægrè, nec, nisi per Angelum ductorem avulsus, relinquebat Ægyptum, gáneas deditam.* (142) *Cujusmodi in solitudinibus, Sin, Sinai, & Pharáne, perpetuò sunt, cum scopulosis montibus. Felix Fabri parte 3. Itinerarii, ad montem S. Catharinæ.* (143) *Salebræ, loca sunt inæqualia, & aspera: quæq; , sine saltu quodammodo prætiri nequeunt* (*ait Sinapius*): *& talibus locis plenum est desertum omne Pharanis. Deuteron. 32. v. 10.* In loco horroris. In Invio, & non in via. *Psal. 106. v. 40.* (144) Columna nubis, *præcedens populum Hebræum, de die. Exodi 13. v. 21.* (145) Obelisci, *sunt à basi pila, seu columna, quadratæ; sed postea sensim in meta figuram cacuminata, magìs, ac magìs; donec in angustum denique verticem,*

ticem, radii similitudine, desinant, in sublimi. Tali figurâ Colũna-Ignis *praecessit Hebraeos (& in ea nimirum, dux Angelus,) per noctes. Exod. 13. cit. & Num. 14. v. 14.* (146) *Vexilla, aut alia* Signa *castrensia, sublimè erecta, portari solita.* (147) Isacidos domûs. *i. e. Israëlitica stirpis, etiam ab Isaáco descendentis.* (148) Profectíque sunt (*inquit l. Exodi c. 12. v.* 37.) filii Israël de Rameſſe, in Socoth, sexcenta ferè millia peditum virorum, absque parvulis, sed & vulgus promiscuum innumerabile. (149) *Paenituit paullò pòst Pharaonem, & Aegyptios, simplicitatis, quâ dimisissent è servitute inveterata Hebraeorum tam ingentem multitudinem. Unde, collectis viribus, & sumptis armis, equis, curribus, in manu valida cupidissimè caeperunt eos persequi; premmentes eorum vestigia: sed suômet excidiô. Ut refertur Exodi cap. 14. & 15. totis.* (150) Tollens se Angelus Dei, qui praecedebat castra Israël &c. *cum columna nubis*, post tergum stetit, inter castra Aegyptiorum, & castra Israël: & erat nubes tenebrosa, (*versùs Aegyptios*), & illuminans noctem (*versùs Hebraos*): ità, ut ad se invicem, totô noctis tempore, accedere non valerent: *inquit l. Exodi cap. 14. v. 19. & seqq.* (151) *Hebraos enim timor inhibebat tam ingentis hostium exercitûs: Aegyptios verò luror tenebrosa nubis; & insidiarum, post eam latentium, trepida suspicio.* (152) *Caucasus, Scythia mons, non modò longissimus, & ab India finibus, in Occa-*

ſum toti ferè Septentrioni pratenſus; ſed pariter etiam altiſſimus paſſim, praruptúſque, &, more murorum, in ſublime ſeſe arrigens. (153) Thetis, idîs, *Dea maris credita: poëtis idem, quod* mare: *& nobis, mare Erythraum, ſeu Rubrum; cujus tunc Sinus Arabicus, eô tractu, quo Hebræi transibant, aquis nudatus, patebat.* (154) *Exodi cap. 15. v.* 27. Venerunt autem in Elim filii Iſraël: ubi erant Duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ: & caſtrametati ſunt juxta aquas. *Septuaginta porrò Græci interpretes, pro Latino* Elim, *legunt* αἰλείμ. *Id, quod Latinè reddi commodè poteſt,* Ælem; *ex diphthongo ει, ſubjunctivô* Jota (*quod ſæpe fit*) *extritô: ut accuſativi terminatio minùs à Latinis abhorreat terminandi modis.* (155) Solarî. *Phœbus enim poëtis eſt,* Sol. *Proficiſcebantur porrò filii Iſraël à mari Rubro, ad deſertum Sinai, parte Martii menſis, & Aprili totô, cum particula Junii; à Paſcha nempe tempore, ad uſque Pentecoſten; quam in Sinai celebrârunt: Lege illic ipſis datâ per Moyſen à Deo. His autem, quos dixi, menſibus, ingens jam calor eſſe ſuevit, in plagis illis Auſtralibus, ut minùs proinde mirandum ſit; Iſraëlitas, itineris labore, Solisque vehementiâ, conflictatos, incredibiliter ſitîſſe: nec in Ælem tantùm, ſed & in Sinai poſtea deſertô, ad petram, è qua Moyſes eduxit aquas.* (156) Quadraginta annorum. (*Exodi 16. v. 35.*) Luſtrum, *hîc, ſpatium eſt Quinquennii.*

xii. Quadra, *pro edulio, quod in quadris proponitur vescendum. Virgil. l. 7. Æneid* — patulis nec parcere quadris. *&c. de fame, & prandio Trojanorum.* (157) *Psalmô 77. v. 24.* Et pluit illis Manna ad manducandum: & Panem Cœli dedit eis, &c. (158) Vernæ, *servi familique sunt, non emptitii, bellôve capti, vel aliter dominica familia inserti; sed, in herili domo nati, sicut illi 318. vernaculi, ab Abrahamo in prælium expediti. Genes. 14. v. 14.* Sic & *Angeli, ministri Dei, in Cœlo empyrio, Dei domô supremâ, creati erant: uti l. 1. demonstravi.* (159) *Abacus, mensa, in qua exponuntur vasa, tam ad edendum, quàm ad bibendum, apta. Hôc loco pro mensa* (τραπέζη) *absolutè ponitur.* Mensa Seraphica, *pro* Angelicâ generatim; Panis Angelorum, *uti* Manna *vocatur psal. 77. v. 25.* Panem Angelorum manducavit homo. (160) *De* Allio, *Horatius, epódon librô carm. 3.* Edit, cicutis, allium, nocentius. O, dura messorum ilia! Quid hoc veneni sævit in præcordiis? Num viperinus his cruor Incoctus herbis? &c. (161) Ambrósia, *priscis Deorum cibus,* (*Immortalitas*) *sicut* nectar, *eorum potus, credebatur. Martialis.* Juppiter ambrosiâ satur est, & nectare vivit. *Quanquam sanè Homerus ipse, Odyss. 5, de Maronéo loquens vinô,* τὸν ἀμβροσίαν *faciat etiam* πόσιν. *Manna cibus,* ætherius puri, *id est, casti, & Angelici, fructus ac fœtus est.*

(162) Fœtere Judæorum ora, *notavit Martialis libri 4 epigram. 4.* Sabbatariorum jejunia, *inter res fœtentes, (ob oris acidum halitum), numerans. Observavit & Domitius Calderin. commentar. in locum illum.* (163) Erat Manna (*inquit Exod. 16. v. 31*) quasi semen coriandri album: gustúsque ejus, quasi similæ, cum melle. *Insupérque (quod liber Sapientiæ prædicat, cap. 16. v. 21.*) Omne delectamentum in se habens, & omnis saporis suavitatem; deserviens uniuscujusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur. *Et tamen Numer. c. 21. v. 9. Moysi dicunt murmuratores:* Deest panis: non sunt aquæ: anima nostra jam nauseat super Cibo isto Levissimo, *quasi* ῥῳώμαλι κουφοτάτῳ. (164) *Allusum ad illud Christi Domini, Matth. 7. v. 9.* Quis est ex vobis homo; quem, si petierit filius suus Panem: numquid Lapidem porriget ei? &c. *quæ conjunge cum illis, quæ habet S. Lucas c. XI. v. 12. de Ovo, & Scorpione.* (165) *Numeror. 14. v. 22. dicit Deus (immò, locum Dei tenens, ductor Israëlitarum, Angelus)* Viderunt majestatem meam, & signa, &c. & (*tamen*) tentaverunt me jam per Decem vices. &c. *Ac nihilominus, (ut ait S. Paulus,) etiam post illas tot indignitates, ab illis acceptas & toleratas*, per quadraginta annorum tempus, mores eorum sustinuit. *Actor. 13. v. 18.* (166) *A Balac, rege Moab: quæ*

regio,

regie, jam initium quoddam Arabiarum erat. Vide, qua dixi, in Ruina gentis Agarena. (167) *Locum hunc illustrant, prater librum Numerorum, à c. 22. usque ad cap. 24. etiam hæc Moysis verba, velut in compendio:* Deuter. 23. *à v.* 4. Conduxerunt (*Moabita*) contra te (*populo Israëlitice*) Balaam, filium Beor, de Mesopotamia Syriæ: ut malediceret tibi. Et noluit Dominus Deus tuus (*ejúsque vicem obiens, Angelus*) audire Balaam; vertítque maledictionem ejus in benedictionem, eò, quòd diligeret te. (168) Inferorum *hariolum*, Balaámum; *pseudoprophetam, magum, & incantatorem.* Phlégethon, Gr. Φλεγέθων, οντος, *fluvius inferorum, semper ardens. Maro 6. Æneid.* Mœnia lata videt &c. Quæ rapidus flammîs ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon. &c. *Sumitur tropικῶς, pro ipsa* Gehennâ. (169) *Infanda omnia, Furias, exsecrationes, & maledicta: qualia Naso in Ibin: Maro* (*seu, ut Joseph. Scaliger putat, Valerius Cato Grammaticus*) *in Battarum*; Rura, quibus Diras indiximus, impia vota. *germ.* Flůech / Wůnsch. *Talia moliebatur, in castra Israëlis, Balaam. Colligitur è Numer. 22. v. 32. ex ira Angeli, adversùs Balaamum, ejúsque perversă mentĕ.* (170) *Deuter. 7. v. 6.* Populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus; ut sis ei populus peculiaris, de cunctis populis, qui sunt super terram. *Hic ergò Po-*

go Populus, ſoli Deo ſacer, ac debitus, ne, Balaami vocibus, in aures ejus influentibus, depravaretur; omni diligentiâ cuſtodiendus erat ab Angelo; Balaamum ab eis aſſpellente. (171) De cœlo. *ſuprà jam, de Olympo.* Genius, *hôc loco,* bonus *Angelum notat.* (172) *Angelus hic Balaámum eò adduxit; ut reverti in Meſopotamiam non recuſaret: cùm autèm progreſſus in Moabitidem ei permitteretur; maledicendi tamen populo voluntatem retraxit, & correxit, Numer. 22. v. 35. Terrorem autem incuſſit ariolo, quòd hic Angelum conſpiceret evaginatô contra ſe gladiô ſtantem, in Via anguſtiis. Ibid. v. 31.* (173) *Aſinæ os laxavit in repentinam, adversùs Balaamum, ſeſſorem ſuum, Invectivam. Numer. 22. v. 28. &c.* (174) *De indignatione Balaami adverſùs Aſinam, declinantem à via in agrum, & atterentem crus ejus, vide Numeror. 22. à v. 23. De querela quoque aſinæ, propter inflicta ſibi à Balaamo verbera, à v. 28. in qua querela, hominem Aſina injuriarum arguit, ac damnavit.* (175) *Balaamus; aſinæ ſuæ & abactor, & inſeſſor.* (176) *Balaam, etſi pſeudopropheta, &* (*ut modò dixi*) planus, *ac deceptor; viſô tamen in tentoriis ſuis Iſraële, & mox* irruente in ſe Spiritu Dei, *de ſeipſo cœpit exclamare*: Dixit Balaam, *filius* Beor; *dixit Auditor Sermonum Dei; qui Viſionem omnipotentis intuitus eſt. &c.* (177) *Populi Iſraëlitici: ſive dubio Moabitis*

ſuccen-

succubituri servituríque: si vota Baláci, & maledictiones Balaamica, provenissent; ut destinatum fuerat. (178) *Plures enim erant, etiam extra regem Balacum.* (*Numeror. 22. v. 13. & 14.*) *& his sociati erant etiam reguli Madianitici. Numeror. 31. v. 7. & 8. Porrò,* Moábus *hîc, pro* gente tota Moabitica *ponitur,* (*sicut Israël, pro omni populo Israëliticô*): *& à 70. scribitur per ω, μωάβ, Numeror. κϛ', ac passim alibi: ideóque primam naturâ longam habet,* (179) *Nam & Angelus, populi Hebraici tutor, erat* ensifer, *Numer. 22. v. 23. Illic porrò minatus tantummodo mortem Balaamo, Moabitísque, strictô suo gladiô Angelus fuerat: quam posteà experti sunt, praliô deleti. Numeror. 31. à vers. 1. & 7. 8. 9.* (180) Per Campestria Moab (*ait lib. Numeror. c. 22. v. 1.*) *trans Jordanem adhuc, à regione Jerichunti opposita, loca.* (181) *Salacem fuisse, generatim, Israëliticam gentem, indicio sunt multa: nominatim hæc ipsa, de qua mentio fit, tot millium in Madianitidas libido. Levitica posteà uxoris, per furorem libidinis (inauditum ad id tempus,) suffocatio. Judic. 19. Querela prophetarum, de multitudine adulteriorum; cùm* unusquisque ad uxorem proximi sui adhinniret, tanquã equi amatores, & emissarii. *Jerem. 5. v. 7. &c. Plura à Josephi colligas Antiquitatib°. nec abstinuit, γυναικομανίας probrô*

notare Judæos, ne Tacitus quidem, inter profanos gravissimus quãvis scriptor: cùm Historiar. l. 5. ait, Projectissima ad libidinem gens. (182) Puellæ Moabæ, & Madianitica, festa lasciva Beelphégoris, hoc est, obscœni Priapi, celebraturæ, per choros suos, & agmina, venerant ad montem Phogor: cujus situm expressi in tabula Palæstinæ, per tribus suas 12. descripta. Hæ viros Israëlitas, & ad sacrificia sua pellexerunt, & ad fœda commercia: sicut refertur Numer. 25. (183) Latinitate propriâ, hæ Madianitides, erant uxorum earũ pellices, quarum viri Israëlita cum eis scortabantur. (184) Locus, in quo scelus sacrilegorum & scortantium Hebræorum admissum erat; vallis erat Settim, Numer. 25. vers. 1. Phógori monti subjecta; amœna, voluptaria. Illic indulserant genio sùo comissando, & amando. (185) Prostraverant quoque poplites, adorando turpissimum Priapi simulacrum. De quo vide Cornel. à Lapide in caput 25. Numer. (186) In populum Hebræum: qui fœdâ suâ petulantiâ Nemus Sittimæum illud, de quo dixi, à natura Deóque ad honestam amœnitatem cónditum consitúmque, verterunt in inhonestissimum Veneris Cypriæ diversorium. Ob hoc excanduêre meritò, Deus, Moyses, Phinees, aliíque pii. Numer. 25. toto cap. Vide &, quæ narrantur in Ruina Beelphegoritarum, Decad. 2. (187) Phinees Sacerdotis; qui, nepos Aaronis, è tribu Levitica consequenter erat. Numer. 25. à v. 7. ubi refertur, ejus ferrô trucidatos,

datos, in flagrante libidinis facinore, Zambrin, & Cozbin fuisse, Madianæi Principis filiam. Quam eò venisse, non sine numeroso pedisequarum, & gentilium suarum, agmine; satìs elucet, tum è consuetudine comitatúque talium mulierum principalium, tum & è lib. Numer. 25. v. 23. 24. 25. & cap. 31. v. 15. &c. (188) *Num.* 25. *v.* 17. Hostes vos sentiant Madianitæ; & percutite eos. (189) *Quippe, scortatorum interfectis tunc ad* 24000. (*Numer.* 25. *v.* 7.) *in ipsis statim castrîs.* (190) *Veneri, è Cyprio mari orta; ac Cypriis aris, delubris, victimîs, & lupanaribus, plus, quàm ullis in terris aliis, culta.* (191) *Ulysses Aldrovand: Ornithologia l.* 1. *maximè Tit. de Victu aquilarum.* Sic & Cœli-*Aquilas, sanctos Angelos, fœtida Libido fugat; Vitæ Patrum* Librô 6. *libelli* 3. *fine. Vapori namque Paphia, hoc est, Veneris, è corporibus incastorum exhalanti, nares occludunt.* (192) Sæculi unius *cursus, seu spatium,* Centum *sunt* anni. *Lustra verò* bis bina, *seu Quatuor quinquennia, Viginti anni. Et hoc est, quod populo Moyses, mox è vita migraturus, dicit, Deuteron.* 31. *v.* 2. Centũ viginti annorũ sum hodie. (193) Mortuus est ibi, *in vertice montis Phasga,* Moyses, servus Domini. cẽtum, & viginti annorum erat, quando mortuus est. *Deuteron.* 34. *v.* 5. & 6. *Mortuus autem, non violentâ, sed placidâ, naturalique morte.* (194) *Quæ Mosaicis in gestis, locum non inveniret.* (195) Cothurnus *calceamenti tragici genus,*

non alti (sicut quidam crediderunt) sed, ut Sinapius tradit, humilis, in modum crepidarum: tale, quale utrique pedi congruat. ἀμφοτερόδεξιον, *ait Suidas V.* κόθορνος. *In* Cothurnis, *tragœdi, voce altâ personantes in theatro, recitabant, sive sua, sive aliena: sicut in* Soccis *suô modô Comici, seu Comœdi. Est preterea muliebrium quoque calceorum genus,* Cothurnus *& ipsum appellari solitum, à poëtis: fitque, cùm, subere inter soleam immam & summam interpositô, elevantur calcei: ut fœmellæ tales appareant altiores. Juvenal. Sat. 6. Nonnunquam verò* Cothurnos *invenias dictos, Calceos altiùs revinctos, & ultra medium crus alutam suam perducentes. Virgil. 1. Æn.* Virginibus Tyriis mos est, gestare pharetram, Purpureôque altè suras vincire cothurnô: *ut ad venationem sc. aptiores expeditiorésque, & contra vepres, ac rubeta sylvestria, munitiores sint. quod sanè illis* crepidæ *non præstarent. Nos hîc* Cothurnum, *pro Tragœdia sumimus.* (196) *Rubricâ,* cinnabarîve; *quibus præstantis Tragœdi Sophoclis volumen ornari dignum est. Minii pulverem (Germ.* Zinober*) sunt, qui autument, sanguinem, sive tabum esse, draconis, ab elephantis pondere elisi; & utriusq; animalis hujus cruorem, inter se confusum, & permixtum.* (197) *Qua Seneca decorari tragœdias genuinas, convenit; umbilicîs, aut axe, voluminum ejus, ex cedro factis odoratâ: vel æternas, & putredinis expertes, effici Scriptoris ejusdē litte-*

litteratas curas; oleô perunctas cedrinô, quod tineas & cariem fugat, & arcet. Potest autem versus hic, etiam istis Ovidianis elucidari, 1. Trist. eleg. 1. ad librum suum. Nec Titulus miniô, nec cedrô charta, notetur; Candida nec nigra cornua fronte geras, &c. Quæ tamen, qui veterum, (& antiquissima quidem) volumina, formámq; eorum, & axem teretem, non inspexêre, vix adsequuntur. (198) Cœli supremi. (199) Infernalium, cum Lucifero, Legionum. Apocal. 12. v. 7. (200) Falsorum Deorum: qui omnes, Dæmonia sunt, non Dii. psal. 95. v. 5. ut proinde non Dii-Cœli, sed Averni sint, seu Gehennæ. (201) Ab Atlante, qui cœlum humeris fulcire dicitur, Atlantes per translationem nominantur, quicunq; sustulciunt quidpiã, alioqui periclitaturum: sicut magnæ cœlestium Angelorum parti contingere potuisset, ut caderent; nisi humeros Gratia Dei, eos retinens, & Michaël, Dei caussam contra rebelles agens, supposuissent. Vide Decad. 1. Ruinam Luciferi. (202) SS. Trinitatis personarum, in Unitate Naturæ. (203) In ipso adhuc Cœlo, Luciferô, tertiáq; Stellarum parte, tumultuantibus, adversùs Deum trinum-unum, hujúsq; propugnatorem, Michaëlem. (204) Contendebat Sathan: ut Moysis extincti cadaver sepeliretur in excelso superbô-que Phasgæ montis cacumine, in quo mortalitatem vir Dei exuerat: idq; nefariô consiliô; ut mox patebit. (205) Montes Abaræi (Hebraicè Abarim) Moabi regionem, per obliquũ, in Eurónoti latus,

percurrunt. In his, Phasga mons erat. (206) *Quærebat omni studiô, satagebátq;, Lucifer; ut in excelsissimo Phasga vertice, parte montis Nebo (unde Deus Moysi Chanaanitidem universam eminus ostenderat) corpus Moysis humaretur: ut, succedente tempore, Hebræi, jam aliâs ab avo proni, fictis inhiare supplicaréque Diis, Idololatriam etiam Moysi impénderent: si vel ossium illius quippiam adhuc, aut ejus certè sepulchrum invenirent. Luciferi conatibus, ac desideriis, obstitit S. Michaël Archangelus: ut satis constat è S. Judæ Thaddæi epistolâ Catholicâ, à v. 9.* (207) *Repressit Diabolum S. Michaël verbis illis efficacibus,* (*Judæ epist. v. 9.*) Imperet tibi Dominus! *effecitq;, ut auferretur, à conspectu faciéque terræ, totus Moyses. ait enim S. Scriptura Deuteron. ult. v.* 6. Et sepelivit eum *Dominus, aut, ejus vice, Archangelus,* in valle terræ Moab: & non cognovit homo sepulcrum ejus, usque in præsentem diem. (208) *Vetat Deus assiduò, sacrorum cultum* in excelsis, *& montanis lucis, ac locis: eóque nomine, tum populum, illuc adorationis caussâ confluentem, tum reges diversos, id permittentes, aut dissimulantes, reprehendit, passim in 3. & 4. reg & 2. Paralipom. Cur autem Deo tantopere displicerent illa nemorum excelsorum celebritates; caussas attuli in Ruinis regum Israëlis & Juda. Saracenorum certè hodiernorum, etiam adhuc, impia superstitio, formidandis & squalidis in petrarum altitudinibus, suspensis*

illic

illic obsoletarum vestium laciniis putribus, prestigias suas, & magicos cultus, exercet : teste Fel. Fabrô, Parte 2. Itinerarii Syriaci. (209) Israëlitas, absente Moyse, sacrificâsse vitulo aureo, in Deserto Sinai, fusè narratur, cum illius peccati pœnâ, Exod. 32. per totum. (210) Jehova, τετραγράμματον dicitur Dei nomen, quia Quatuor apud Hebræos litterîs, seu elementis, constat. pro quo hodierni quoq; Judæi, tanquam ἀπορρήτῳ, seu ineffabili, reverentiæ caussâ pronuntiant, Adonái. Et Hebraizantes quidem multi, nomen Jehova, efferunt penultimâ productâ. Alii, & inter hos eruditi quoque, breviant illam; non ignoratione Linguæ Sacræ; sed observantiâ consuetudinis regionum suarum: cuj Consuetudini, quantum, & quàm meritò, deferendum, in hujsmodi vocibus quoq; sit; cum curâ, doctéq;, monstrat l. 3. Institutionum Grammaticar. Emmanuel Alvarus, cap. & tit. ultimo, de Accentu: editione Bruntrutanâ. ann. 1592. Retulerit etiam, earundem Alvari Institutionum l. 3. de Accentu, Præceptum 4. de vocibus Hebraicis, inspicere; juxta Editionem Romanam anni 1642. cum Privilegio S. D. N. Urbani VIII. (211) Diabolus; quantùm erat in ipso, Moysen sepulturum. (212) Cum omni dominatu Idololatriæ. quippe, terrîs illis, ac finibus, sub populum Israëliticum, Deique veri cultum, subjugatis. (213) Ad inferas umbras, & turbam, perpetuò damnatorum. (214)

Victoriam; *cujus insigne est*, Palma: *ob causssam, superiùs allatam, ante fin. l. 1.* (215) *Tangitur veterum consuetudo, cupressi frondibus rogos mortuales cingentium. Virgil. l. 3. Æneid. de Polydoro. Ovid. 3. Trist. Eleg. 13. in Natalem suum. ant. fin.* Funeris Ara mihi &c. *Quis dubitet, quin & Moysis tumulo cupressetum aliquando circumposituri fuerint Idololatræ Judæi? qui nec hodie quidem arbustis abstinent, ad suorum tumulos: uti vidimus Oeniponti &c.* (216) *Moysi apotheósin fecissent: & ipsum, novum Deum; perinde, ut Rhodii postea Ptolemæo, Lagi F. Ægypti regi, defuncto, nemus, & honores cœlestes, instituerunt.*

V. (217) *Anima nampq; Moysis in* Limbo Patrum: *Corpus, in incognito sepulcro, erat.* (218) *Exodi c. 23. v. 23.* Præcedétque te Angelus meus, *in quo* nomen meum *est. v. 21. id est, vices meæ, Personæq; meæ repræsentatio:* & introducet te ad Amorrhæum; &c, *ad populos illos debellandos.* (219) Balácus: *cum regibus etiam Madianæis. Numer. 31. à v. 1.* (220) *Numer. ibid. v. 8.* gladiô *interfectus: cujusmodi mortis genus ei nuper Angelus, ense districtô, fuerat comminatus.* (221) *Etiam gesta Venerea, & idololatrica, Vallis Settim.* (*de quibus suprà*) *fuerunt illo prælio, in sexu, scelerum illorum prolectore, plexa.* (222) *Interfectione, tam illarum meretricularum Moabitidum & Madianiticarum, quæ cum Isra-*

elitis

ëlitis corpora, sacrificiáq; , miscuerant ; quàm earum omnium , ejusdem nationis , quæ jam virili cónsuetudine fuissent quoq; modô usa. Num. 31. à v. 17. (223) Jordanes, amnis alioquin , ut̀ suprà memoravi, profundior , quàm latior; eo tempore , quo jamjam transiturus exercitus Israëliticus erat, ripas alvei impleverat. Josua lib. cap. 3. v. 15. (224) Sed siccô tamen Hebræi pede transierunt hunc , quantumvis tunc exundantem , amnem ; cedentibus, & progressum inoffensum præbentibus, utrimq; aquis. Josuæ cap. 3. v. 15. &c. (225) Arabici Sinûs transitus, ab hoc eodem populo peractus fuerat, ante 40. jam annos : cùm reliquisset Ægyptum. Exodi c. 14. per totum. (226) Ex Hebræis , qui Jordanem erant transituri , quàm plurimi vel nati necdum fuerant , vel adhuc in fasciis, & infantes ; quando Maris Rubri transitus accíderat. Amnis igitur, tam undosus tunc, ac pari tamen miraculô superatus , & firmabat inexpertis , auditum ex aliis , prodigium: & expertis mare rubrum , renovabat priscam credulitatem. (227) Jericho, soli fertilis , ante vastationem ab Josua introductam ; & postea rursus, prodigiosè sanatis ab Elisæo pestiferis aquîs. (4. reg. c. 2. à v. 18) felicitati gleba veteris restituta, intelligi potest , ex illis incolarum accolarúmque verbis, cit. cap. 2. libri 4. reg. allatis : Ecce, habitatio civitatis hujus optima est. &c. Confirmatúrque fertilitas hæc , & hortorum voluptatis

ria amanitas, etiam à Saliano, in annum 2584. n. 21. Epit. fusioris. Ac describitur ab Adrichom. in Benjamin. n. 81. è Josepho, caterísque historicis. (228) Opera, *hoc locô, significant genus omne munitionum. Curt. l. 3.* In turrim perducunt *aduceatorem*, opere sitúque multùm editam. *Crispus Sallust. in Jugurtha.* Marius ad Zamam pérvenit. Id oppidum, in campo situm, magìs opere, quàm naturâ, munitum erat: armîs virísque opulentum. *Virgil. Æneid. 4.* Non arma juventus Exerçet, portúsve, aut propugnacula, bello Tuta, parat: pendent Opera interrupta &c. (229) *Qui in libris Exodi, Deuteron: Josue, ac Judic: JOSUA vel JOSUE, nominatur; is Ecclesiastici 46. v. 1.* Fortis in bello, *Jesus* Nave, succeſſor Moysi, *dicitur. 1. quoque Machab. c. 2. v. 55.* Jesus, dum implevit verbum, factus est Dux in Israël. *Sic & Actor. 7. v. 45. & ad Hebr. 4. v. 8. &c. locis.* (230) Pergama, *dicta sunt arces Trojanæ, tam intrà urbē, quàm extrà, sitæ, vel adsitæ. Quæ, quòd omnes ingentem habebant altitudinem* (*sicut & Trojæ mœnia, quæ & ipsa Philostratus, in Heroicis*, Pérgama *vocat.*) *factum fuisse Sinapius ait; ut altissima quæque ædificia, aliorum etiam locorum*, Pergama *vocitarentur. De Trojanis arcibus Naso, in epistola Penelopæ.* Diruta sunt aliis; soli mihi *Pergama* restant. *Hîc* Josua *tam validus, ope Dei, poliorcétes prædicatur; ut ei nullæ*

Chas-

Chananitidis, immò, nec universæ Syriæ, valuisset arx aut urbs obsistere, tanquam inexpugnabilis. (231) Decretorias; *quibus ad excidium hostis, aut hostilis urbis, miles excitatur.* De Tuba Terminali, *quâ, jam non praeludoria, sed seria, partique alteri funesta, pugna indicitur; dixi libro de Ortu, & Occasu Reip. Vet. Rom. ubi de gladiatoribus. Germani dicerent:* Der letzt Termin, den man dem Feind gibt; vnd die Statt/sich zuergeben/ auffmahnt. Geschichts nit / so blasst man zum Todt-Streit / vnd Garauß. Vogel iß/ oder stirb. (232) Josue, *qui Eccli. 46. v. 1. filius* Nave, *& alibi, dicitur; hic idem Deuteron. ult. v. 9. &* Josue *1. vers. 1. alibique, filius* Nun, *appellatur.* (233) *Deuteron. c. 31. à v. 14. & clarius v. 23. eod. cap. Et cap. 34. v. 9.* (234) *Hastarum, 14. cubitos longarum, seu lancearum propriè Macedonicarum phalangûm; quarum gestatores erant Sarissophori, pars militiæ illius nominatior. Hic, pro recentibus quibuscunque armis* Sarissæ *sumuntur: quibus armis se Israëlita, post tot transamnanos hostes spoliatos, cæsos, subactos, nuper instruere cœperant.* (235) *Ob palmeta crebra, Jericho antiquitus appellabatur* Civitas-Palmarum. *Deuteron. 34. v. 3. &* Judic. *1. v. 16. & cap. 3. v. 13.* (236) Balsami *quoque culturâ Jerichuntem fuisse celebrem, Adrichom. notat in Benjamin, num. 81.* (237) Strigæ, *rerum ordines sunt, inter sese continuatâ serie collocatarum, ac dispositarum. Columel. l. 2. Longitudo*

item

item cujusque rei, vel dispositionis, latitudine major, Striga *dicitur : in agris maximè, campisque. Hinc Strigatus Ager*, der Strangen hat: länger/ als braiter. *Et tali ferè figurâ describit* fruticeta balsamifera, *manu consita*, *Bartholom. à Saligniaco, eques auratus, an. 1522. dicens*; Materæum Balsami hortum, latum esse, ad unius, ex arcu expulsi, teli jactum: longum verò, ad duos, seu alterô tantô extensiorem. (238) *Eccli. 24. v. 18.* Quasi plantatio Rosæ in Jericho. *Nobis in Europa*, Rosas Jerichuntæas, *nomine puto, quàm re, notiores esse. Ità variat vulgus circa eas*; *variant nomenclatores, & Botanici.* (239) *In theatricam enim, aut ferè amphitheatricam, curvatura formam Jericho montibus collibúsve circumdabatur.* (240) *à natura bonis, ac dotibus : non autem*, Dei *favore vel gratiâ.* (241) *Pinnis*, & Pinnaculis *excelsis, ac plurimis. De Carthaginis muris, ac turribus, Maro ait Æn. 4.* -pendent opera interrupta, *minæq;* Murorum ingentes &c. *in quem locum* Greg. *Bersmannus Anna-Bergensis*; Pinnæ, *inquit*, quæ altitudine suâ quasi *minari* videntur. (242) Josuæ: *juxta eq, quæ superiùs dixi.* (243) Angelum, *hominis bellatoris formâ Josuæ tunc apparentem.* (244) Noster es? an adversariorum? *verba Josuæ ad Angelum. Jos. 5. v. 13. quo capite tota rei narratio continetur.* (245) Josue, *filius* Nave, *seu Nun, suprà.* (246) *Imperterritam*

Josuæ

Josuæ magnanimitatem indicat: quòd hic, solus licèt, in agro hostili obambulans, virúmque videns evaginatô armatum gladio; continuò tamen ad eum, & ultrò, perrexerit. Josu. 5. v. 13. (247) Angelus, *militarem herôem repræsentans.* (248) Aquilonaris, *Borealisque venti rabies.* Boréus (*pro Borealis*) *Ovidii est, l. 4. Trist. eleg. 7.* Vita, procul patriâ, peragenda sub axe *Boréo* est, Quà maris Euxini terra sinistra jacet. *Græcè,* Βόρειος, *adjectivè, ut apud Aristot.* Βόρειον τὸ πλίμα. (249) *Sive Erythræum hîc æquor intelligas, cujus magna pars Australis est: sive Sinum tantummodo Arabicum, qui sacris in litteris perpetuò Mare Rubrum, dicitur: quin & ipse Jerichunti, ac Borea, ad Austrum opponitur.* (250) *Allegoria, à figulis, & Fortunæ rotâ, sumpta: significans, urbis hostilis supremam horam brevì evolutum, ac transactum, iri.* (251) ἀρχιστρατηγὸς, ὦ, dux exercitûs. *Archistratégi porrò voce honestat S. Michaëlem Archangelum, etiam P. Matth. Raderus, in Crisi mundi supremâ Jambo-dimetrâ.* (252) De Tesseris *militaribus* (*nostri hodie vocant,* die Kriegs- oder Feld-Losung) *dixi in Ortu, & Occasu, Reip. Vet. Romanæ: ubi de Castris. Hanc* Tesseram *dabant imperatores ac ductores exercituum; seu per se, seu per Tribunos, præfectos, primipilum, aut etiam Optionem, ut vocabant. Hîc autem,* Tessera, *ponitur abusivè,*

pro

pro Præcepto imperatoris arcaniore, *quod legato, ductori, vel tribuno, in aurem datur. Germanico-Latinè vocant* gehaime Kriegs-Ordinantz. (253) *Et hoc sibi volunt Angeli, ad Josuam, illa verba*: Sum Princeps exercitûs Domini : & nunc venio. (*scil.* in auxilium populo Dei, *ut canit S. Ecclesia*) *q. d.* meiner Kriegs-Ordre nachzukommen (254) *Id, quod post 7. dies accidit ; quódque haud dubiè Angelus tunc Josua subindicavit. Mox autem disertè Deus ipse denuntiavit Josua; tubarum consonum ei concentum præcipiens. Josu. 6. à v. 2. pluribus.* (255) *De hoc ità sacer scriptor loquitur, Jos. 5. à vers. 15.* Cécidit Josue pronus in terram : & adorans, ait; Quid Dominus meus loquitur ad Servum suum? Solve, *inquit*, calceamentum tuum de pedibus tuis. (256) Locus enim (*subjecit Angelus*) in quo stas, sanctus est. *q. d. designatus ad hoc, ab æternis sæculis ; ut in eo stet aliquando* Sanctus Sanctorum, *Deus incarnatus.* Ingressus Jesus, perambulabat Jericho, *ait S. Lucas, cap. 19. v. 1. Ibidem quoque, fortè urbem, diversis locis, cæcos visui restituit : ut Matth. & Marcus, narrant.* (257) *Prædixerat Deus Josue, cap. 6. v. 5.* Cùm insonuerit vox tubæ longior atq; concisior. &c. muri funditus corruent civitatis. *Id die septimô expletum est. Nam (ut ait v. 20.)* clangentibus tubîs. *&c.* muri illico corruerunt. (258) *Josu. 6. v. 24.* Urbem autem, & omnia, quæ erant in ea, succenderunt.

VI. (259)

VI. (259) Jericho, *pronuntiationis est* biblicæ, *etiam apud* 70. *interpretes.* Jerichûs, untis, *verò, imitationis Græcorum, in urbibus,* Opûs, untis; Amathûs, untis. &c. *Prostrata porrò Jericho tunc, & excisa, erat : non sanè* clade, *sed* expeditione *illâ, gentis Israëlitica.* (260) *In illa namque expugnatione,* nemo *ceciderat, hostili à manu,* ex Israëlitis: *qui, comparatione saltem ad exsecrabiles Chananæos factâ,* pii *erant.* (261) *Erat urbs hæc in tractu terræ cisamnanæ illô, quæ postea sortita fuit Tribus Benjamin. Ejus historia, vicissitudóque fortunæ bellicæ, refertur* Josu. 7. & 8. (262) Israëlitici. *hoc est, trium millium illorum; non alienigenarum, & conductitiorum, sed è fortissimi bellatoris, victorísque,* Abrahæ, *stirpe descendentium militum : è quibus* 36. *confestim ab Hostis cæsi.* (263) *Cæteri verò omnes, sinè morâ, respiciente nullô, in castra sua refugerant.* Josu. c. 7. à v. 4. & hoc, *propter scelus, & furtû,* Achánis. *de quo ibid.* v. 13. & 20. & 21. *Existimârunt autem Hostæ; id* omen *esse* sinistrum *exercitûs Hebræi, tanquam parî deinceps formidine semper, & ubique, fugituri: ideóq; triginta sex illorum interfectione superbiebant.* (264) *Urbs Haja tamen, præproperè ovans, ab Hebræísque vicissim mox, non in* 36. *tantùm viris, sed in* 12000. *incolarum suorum, cæsa, capta, excisa, victis succubuit.* Josu. 8. à v. 1. *usque ad* v. 30. (265) *De his urbibus, à Josua captis, extat, potissima ex parte,* Josua *cap.* 10. *per totum.*

De

De iisdem etiam, & vocabulorum Quantitate, egi in Deliciis Æstatis, elegiâ, de Jolva, Solemi sistente: *& in Indiculo.* (266) Chanæa *per syncopen, pro* Chananæa. *In* Chanaan *porrò regione,* septem *antiquitus erant exsecrabiles, & exstirpatione dignissimi,* populi: *Chananæi videlicet ipsi, κατ' ἐξοχήν dicti: dein Hethæi, Amorrhæi, Pherezæi, Hevæi, Jebusæi, & Gergesæi. Qui omnes simul in cumulum nominantur,*

* 2. *Esdræ c. 9. v. 8.* (267) Chananæa Hydra *vocatur. 7. populorum Chanaanitidis illa colluvies: quia, victi licèt à Josua, ejúsq; copiis, universim; particulatim tamen, & quasi viritim postea, per capita rebellia, identidẽ repullulabant (novorum materia laborum, ac pugnarum) instar aquatici Serpentis illius 100. capitum, in palude Lernâ: cujus, quoties caput unum resectum esset, mox alia plura, in laborem Herculis novum, renascebantur.* (268) 30. Reguli *dicuntur, denominatione sumptâ à parte potiore, numerôq; rotundô: cùm revera computus eorum fiat à* S. Script. triginta regum, & unius. *Josu: c. 12. v. ult. Eodem capite verò, nomina quoq; regiarum urbium illarum ponuntur; quarum ipsi dominabantur: per totum. Capite verò X. & XI. eorum, adversùs Josuam, consilia, conspiratio, coitio, bellicíq; apparatus.* (269) Ad aquas Merom; ut pugnarent contra Israël. *Josu: XI. v. 1. & seqq. usq; ad v. 6.* (270) Josua: *quippe, alloquiô Dei, vel Angeli, vice Dei, præanimatus,*

Jos.

Jos: *XI. cap. v. 6.* (271) Unus, pro Decem millibus, *immò* myriadibus: *cujus manu Deus, & omne cœlum, belligeratur. cuj militat Æther, ait de Theodos. Ma. & Honorio, ejus filio, in tertio Consulatu Honorii,* Claudianus. (272) *E loco, in quo Circumcisionem peregerant Hebræorum, adhuc incircumcisa, reliquia, ut refertur* Josua *cap. 5. ubi posterioribus annis urbs est ædificata, hoc eodem vocabulô* Galgalorũ: *éstq; in Cis-ammana* Jordanis *regione 10. stadiis Jerichũte distans; & plusquam sesqui milliari Germ. à Jordane.* (273) *Ex hoc ergò loco Josue copias suas reliquas, illic in castris collocatas, evocavit per seipsum, & eduxit,* nocte totâ iter faciens (*Jos: 10 v. 6. & 7.*) *ad participationem victoriæ, sicut voluissent, posterô tempore, se evocatos fuisse contra Madianitas, à Gedeone, Ephraimita, Jud. 8. à. v. 1. & à Jephthe iidem, contra Ammonitas, Jud: 12.* (274) Veterani, *confectis stipendiis, exactisq; militiæ legitimis annis; præmii quietisq; caussâ, aut in agros inducebantur; aut in oppida quoq; ab hostibus bellô capta. & hæ,* Coloniæ *dicebantur. De hoc more, egi Parte 4. Dec. 4. seu, in Ortu & Inter. Reip. Vet. Rõ. Sic ergò suos quoq; milites, cum familiis suis, introduxit Josua in possessiones* Terræ-Promissionis *à c. 13. libri Josuæ, usq; ad c. 21. inclus.* (275) *Quàm abominãda pertraverint Chananitidis veteris incolæ; patet, tum multis aliis è locis S. Scripturæ, tum maximè, è cap. 18. Levitici, per totum, quorum synopsin*

genera-

generatim ponit versus 24. Ne polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ sunt Universæ gentes, quas ego ejiciam, ante conspectum vestrum: & quibus polluta est terra; cujus ego scelera visitabo, ut evomat habitatores suos. *Lege caput ipsum; & flagitia, illic proscripta: & adde versũ capitis ultimum.* (276) *per* Syncopen *prosodicam, pro* Chanaam. (277) *Divisit populo Josue possessiones terræ Chanaan, ex mandato Dei; unà cum* Sacerdote *Eleazaro, ac principibus familiarum. Josu. c. 14. à v. 1. c. 15. & 16. ac 17.* Sorte singula dividens: *funiculô quoque metiens terram, per singulas Tribus; ne pluribus minor, & paucioribus major, agrorum portio obtingeret. Hinc psalmus 77. ait: v. 54.* Sorte divisit eis terram, in funiculo distributionis. (278) *Per singulas 12. tribus filiorum Israël: (qua enumerantur Deuteronomii c. 33.) quasi decempedis facta est dimensio possessionum. Josu. XI. v. ult.* Tradidit *Josue*, terram in possessionem filiis Israël, secundùm partes, & Tribus suas. (279) Cis-amnana regio: *qua jacet inter Jordanem, & littus maris magni, seu Palæstini, &* Phœnicii. (280) Trans-amnana *verò* Regio *est, qua ultra Jordanem sita est, Arabiam versùs, & Ammonitidem &c.* (281) Orientali. *Arabes enim Nabathæi, siti sunt Auroram versùs.* (282) *Usque ad mare* Occidentale, *Cyprum versùs: cuj, ad Boream, mox connectitur mare*

Syria-

Syriacum. (283) *Solutus molestiis belliciis*; *Quia, ut Josu. XI. v 23. scriptum est*, cepit Jolue omnem terram; & tradidit eam in possessionem filiis Israel. &c. Quievítque Terra à præliis. (284) *Servitutis Ægyptiacæ.* (285) *Practikῶς, &*, in reipsa: *non* speculativè *tantùm*, *ut Schola loquuntur.* (286) *Sic Deus Semeja propheta dixit*, *2. Paralip. 12. vers. 8.* Veruntamen servient ei (*Roboam videl. & Jerosolymita*, *Sesáco*, *regi Ægypti*;) ut sciant distantiam Servitutis meæ, & Servitutis regni terrarum. (287) *Jerem. 2. v. 20.* A sæculo confregisti jugum: rupisti vincula mea: dixisti, Non serviam! (288) Ex Ægypti terris; *quas Nilus secat. Sensus est: Omnia fecit Hebræa gens, ne quando sic à capite pervicaciâque sua discederet, sicut recesserat ab Ægypto.* (289) Contumaciæ *nempe, rebellionisque, sibi insitæ.* (290) *De hac Deus queritur, Exodi 33. v. 5.* Populus duræ cervicis es: semel ascendam in medio tui, & delebo te. *At S. Stephanus postea, Actor. 7. v. 51.* Durâ cervice &c. vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri. (291) Duritiem cordis. *hujus quippe symbolũ* ádamas *lapis est, ictibus, quantumvis validis, obstinatè resistens. De hac* duritie *Moyses Hebræos arguit, Deuteron. 31. v. 27.* Ego scio contentionem tuam, & cervicem Durissimam. (292) Mortuô Josuâ, *filiô Nun* (*patronymikῶς*), *virô religio-*

sissimo,

ſiſſimo. (293) *Qua Iſraëlitus, præceptô Dei,* Unica, *non* multiplex, *præſcripta erat. Exod. cap. 20. v.* 24. 25. *&* 26. *Sermo verò eſt, de Altari, in quo Sacrificium offerretur Deo.* (294) Aſiatica idola, *figmenta manuum hominum, Deos fictiles.* (295) *Tam* Baal, *in ſingulari numero; de quo Idolo legimus* Judic. 6. *aliquoties;* 3. *reg.* 18. *crebrò, & paſſim: aut* Baalim, *in plurali; ut lib.* Judic. *c.* 2. *&* 3. *&* 10. *& plurimis aliis Scriptura ſacræ locis: aut denique* Belum, *Babyloniorum, & Aſſyriæ, Deum; de quo &* S. *Daniel agit cap.* 14. *à v.* 2. *De quo etiam, quis, & à quo, in faſtigium illud falſiſſimum evectus fuerit; in Ruina dixi Semiramidis, decade* 1. *& forſitan in Zoroaſtre quoque, illius ſuperſtitionis magica præludia Orientalibus DIs cæteris præcucurrerunt.* (296) *Inundationus: omnis videlicet generis flagitiorum.* (297) Præconem juſtitiæ; *utì Noën* S. *Petrus nominat, epiſt.* 2. *c.* 2. *v.* 5. *dehortatorem ſcelerum, quem ſuô ævô Noë egerat.* (298) *Iſaiæ* 56. *v.* 10. *in concionatores, victa trepidaq; linguæ, dictum.* (299) *Hunc enim fuiſſe, ſicut nunc Eccleſia, ità Synagoga tunc, Supremum Advocatum, & omnium grandioris momenti negotiorũ Procuratorem; concors eſt eruditorum ſententia: non ſine fundamento; quod illa ſubminiſtrant Danielis verba, cap.* 10. *v* 21. Michaël, princeps Veſter. &c. *id eſt,* Hebræorum. (300) *Id eſt, Supremis*

mis Sacerdotibus, sive Pontificibus: qui inter sacra, mitras *gestabant: ut hodie Præsules, & Episcopi.* (301) Infernum. *Lethe namque fluvius est Tartarew.* (302) *Sensus est. restabat, ut, cùm Terra ad correctionem tam improborum facinorum nihil conferret; id emendandi populi negotium in se cœlum reciperet, ministeriô Angelorum: quorum, unus saltem quispiam, cœlô descenderet; ut mox factum est.* (303) *Angelorum quidam prima classis; sub signis, & vexillis S. Michaëlis militantium.* (304) Purpureæ, *quali Senatores & optimates fulgent, in* laticlaviis. *suprà.* (305) Jordanis: *qui cur* Sacer, *& Sacratus, diceretur; adnotatum superiùs est.* (306) Album, *Græcis* λεύκωμα, Tabula *fuit* gypsata, *in qua Judices, & prætorum Jura; decuriones item in municipiis, annotabantur. aliter, &* pyctacia (*Arbitro*, pittacia,) & matticulæ, *vocantur. Sed &* Album. Tabula *quoque dicitur, in qua Pontif Maximus singulorum scribebat annorum* Acta; *populóque recognoscenda, domi sua proponebat. Hoc locô, de* Albo *sermo est Pontificali: in quo Index, beneficè à Deo erga Hebræos gestorum, continebatur.* (307) *Deus namque non est promissis liberalior, quàm factis, & pollicitorum repræsentatione. psal.* 144. Fidelis Dominus in Omnibus verbis suis. (308) Decem plagis. (309) Ægyptum; *cujus Regia Memphis erat.* (310) Trecentorum

annorum *Servitutis Israëlitica, in Ægypto. Hos autem 300. annos circiter, expleverunt in terra Gessen, à primo suo adventu, usque ad Exitum de Ægypto; partim morâ illic, & subjectione, sub Pharaonibus diversis; partim durissimâ servitute sub Pharaone Cenchrye. Vide Cornel quoque, ad cap. Genes. 15. & ad Exodi 12. v. 40.* (311) Sinus Arabicus (*sic dictus, ob vicinam utrimq; Arabiam aliquam*) *pars est, & excursus quidam magni maris Erythræi, seu Rubri.* (312) Israëlitici *stirpis; ab* Isaáco *non minùs, quàm* Jacobo, *& Abrahamo, descendentis.* (313) Apiario, *seu examini apum, è cellulis suis evolanti, comparatur, egrediens Ægypto, per mare rubrum, sonora tot millium Israëlitarum multitudo.* (314) Præco, *hoc est, concionator Angelus, objicit illis hoc loco nimis fastidiosum stomachum, ad id cibi Angelici genus: quod etiam delicatiores quique ex Indis appeterent: quorum nobilissimos hodiéq; fructus, & tragémata, in sylvis hortísque nascentia, celebrant passim. Jo. Petrus Maffejus in Indicis; Daniel Bartoli, in suo Xaverio; Jo. Janssen. in Atlante; Hieronym. Osori. in Emman. Joan. Metell. in epist. &c.* (315) Bactrianæ *regionis delicias tangit Strabo Geograph. l. 2. ab rerum omnium, præterquam olei, ubertate, commendans illam. Lib. verò XI. Sisimythra Bactriani* luxuriositatem *in convivijs, notat.* (316) *Quæ enumerantur Josuæ cap. 10. 11. & 12. quæq; omnia erant intrà Chananitidem: & ab Chananæis, à potiore, pos-*

ore, possidebantur (317) *Hebrai namq; antiquitus ad* Melopotamios *spectabant; &, inter eos nati, inter eosdem etiam habitaverant diu.* Josua *cap.* 24. *à v.* 2. *ad v.* 4. *inclusivè. Translati ergò dein in Chanaanitidem*, in alieno *erant*: *& indè rursus in Ægyptum; non minùs, ac priùs, in* alieno *erant.* (318) *Vox hæc*, Tamen, *etsi plerumque* Subjunctiva; *nonnunquam interim* Præpositiva *fit. Phædria Terentianus Eun. Act.* 1. *scenâ* 2. Heri minas viginti pro ambobus dedi: Tamen, contemptus abs te, hæc habui in memoria. *Epistolam item* 19. *libr.* 9. *ad Familqua est ad Patum, sic* Cicero *statim orditur.* Tamen à malitia non discedis, &c. *plura apud plures exempla sunt alia.* Inquilini *porrò; qui alienum incolunt solum, aut domicilium: sive conducto, sive precario & gratuitò. Ciceronem Catilina, apud Crisp.* Sallust. urbis Romæ inquilinum (*germ.* Ein gehäuset/ der vmb Bestand in einem Hauß/ Orth/ ꝛc. wohnt) *vocabat. sed falsò, pérque calumniam, atque convitium amarulentum.* (319) Cícones, um, *Thraciæ sunt, circa fl. Hebrum, populi: à quibus oris, suo tempore, quotannis, in calidiora loca provolant aves* ciconiæ; Hyemis, *ut Petron. loquitur*, exules. (320) *Sicut tamen natura assignavit* ciconiis *orbivagis loca talia; quæ serpentibus, insectis, ranis, scateant: ac palustrem humum.* (321) *Sitam in extremitate Ægypti, ad Paludes; quæ sunt inter maris-rubri linguam, & ostium Nili Pelusiacum.*

acum. Abr. Ortelius in tabula, quam inſcripſit, Ægyptum Antiquam. (322) *Fructibus, frugibúsque,* Solis orientalis. (323) *Utpote*, altricem *multarum aliarum; fructuum, atque opum ſuarũ, in illas, exportatione: ut eluxet è fructibus, quos 12. patriarcha è terra Chanaan detulerunt ſecum in Ægyptum.* Geneſ. 43. v. XI. *Item.* Mammam, *quia fluentem* lacte, *Exodi 3. v. 8. & paſſim.* (324) Opobalſamum, *nec fructus eſt balſami, carpobalſamum dictus; neque lignum, aut frondes, quod xylobalſamum: ſed balſami optimi ipſe ſuccus electiſſimus.* ὁ ὀπὸς, οῦ, *namque,* Liquor eſt, *ex inflicto vulnere profluens. Et talẽ quondam gloriabatur Chanaanitis, in Engaddi, & Jerichunte.* Balſami arbuſcula (*inquit C. Plinius*) ſola uni terrarum Judææ conceſſa quondam. (325) *Chanaanitida terram, partem fuiſſe fundi, ſeu regiõis* Paradiſiacæ; *vulgò hodie eruditi ſentiunt: & in tabula ſua Paradiſi Viſſcherus eleganter his annis expreſſit.* (326) Iſraëlitæ; *per Abrahamum ab* Heber *progenitore deducti: ſicut patet è genealogia,* Geneſ. XI. *poſitâ, à v. 14. hinc & Hebræis nomen eſt ſuum.* (327) Lunæ: *quã Hebræa mulieres ſacrificiis & libaminibus colebant, ſub nomine* Reginæ Cœli; *quaſi, quæ in cœlo, velut Regina ſtellarum, ſit: ait, cum aliis, Stephan. Menoch. in caput 44. Jerem. v. 17.* (328) Sidoniorum Dea, *quam & Iſraëlitæ*

lita sapius per idolomaniam receperunt: sive jam Venus *illa fuerit, sive* Juno, *aut alia quacunque; ait Carol. Stephan. V. Astarte.* (329) præ-rextus. *Sinapius etiam* Ornamentum & Schema orationis, *interpretatur. Alii, effugium, commissum ingeniô.* Beschönung einer Sach. *Vide Marc. Senecam, in Controversiis passim.* (330) Pes primus, Procelevsmaticus, *i.e.* è quatuor continuis brevibus. (331) *Peroratio est, concionantis Angeli; sub una,* Hebræi, *voce, totum populum compellantis, ac terrentis* (332) Consternatio vocem intercludit, & inhibet. *Hinc ille, apud* S. *Matth. c. 22. v. 12. interrogatus, prater exspectationem, à Rege patre, de caussa* Vestis nuptialis *haud apportata;* Obmutuit. Et S. *Daniel, ad Archangeli presentiam, & sui alloquium, dejecto vultu, defectus viribus,* tacuit. *Dan. 10. v. 15. & v. 17. as* Sinon ille *Maronianus. l. 2. Æn.* — hæc, depositâ tandem (*nec prius*) formidine, fatur. (333) Populus tunc in valle locôque inferiore, collibus cincto, stabat: unde Echoni *locus. Est autem Echûs ista natura; ut vox, jugis montium, vastisque vallibus, repercussa, geminetur aliquoties.* Quippe, semper (*inquit* Q. Curt. *lib. 3. de gest. Alex. cap. 10.*) circumjecta nemora, petræque, quantamcunque accepêre vocem, multiplicatô sonô referunt. (334) Hermon, *cognomentô* Major, *mons admodum editus, inter*

terras Iſſachar, & Zabulon, ab Ortu in occaſum excurrit; montibus Gelböäis, ad Auſtrum jacentibus, ab Aquilonis tractu expoſitus. (335) Hermone *editior, eſt* Libanus. *Teſtatur & Daniel Ecklinus Aravienſis Helvetius; qui tranſivit eum 21. die Maji, 1553.* Libanus / iſt ein hoch Gebürg. (*ergò non mons unicus, ſed multitudo connexióque montiũ*, darauff ein mächtiger Wald iſt. &c. (336) *In Chanaanitide ac Phœnicia, tempore præſertim meſſis, calor ingens eſt, cujus vehementiâ proinde in excelſiſſimis illarum regionum montibus liqueſcunt nives: & defluentes, ſubjecta flumina torrentésque complent inſolitis augmentis.* De Libano *porrò, modò citatus Ecklinus, pergit:* Seine höchſte Gipffel / ſeynd ſelten ohne Schnee. Darumb dann das Volck / ſo in der Ebne wohnet / bey diſem Berg / zu Sommers-Zeit darauff ſteigt / Eyßſchmarren zuhollen; damit ſie ihre Wein kühlen. &c. (337) *Ex mente Procli Lycii, philoſophi Platonici, eſt Circulus, dividens hemiſpharium ſuperius, ab Inferiore hemiſphario, in contactu cœli, & terræ, noſtri visûs. Ad* vulgi *verò* captum, *cœli circulus finitor, ſeu terminator noſtri visûs eſt, ſuper terram: quem circulum ſibimet uniuscujusque circumſcribit aſpectus. Et aciem quidem noſtram ocularem, ajunt, Centum & octaginta ſtadia non excedere. Interim, ubicunque ſtem terrarum, mihi videor cœli quandam videre concluſionem,*

& hanc, vocamus Horizontem, Gr. ὁρίζοντα. (338) Fam suprà dictum, nec semel; Jordanis ortum esse geminum: alterum Jor dictum, alterum verò, Dan. (339) Ripâ videlicet alterâ, quæ Peræam spectat; alterâ verò, qua Palæstinam, undis objectâ. (340) Terra Tribûs Nephthalim, infra mare Galilæa, Libanum versùs jacens, oppositam sibi, vel potiùs ad latus, habet terram Aser, Tyrum, ac Sidonem: rigatúrque Jordane, paullatim accrescente. (341) Angelus, è Cœlo legatus in terras, (quibus eo tempore, cœlum, ac cœlestia, peregrina prorsus erant, ac nova) sic ad populum Hebraum locutus est; uti narravi: & in eo legato ardebant omnia, ad movendum auditorem. (342) Centum annorum frigoris indurată nive. (343) Rursus gelû liberatum, & calidum effectum. Auffgefroren. Columel. Matutinô regelari ortu poterit; ut concreti rores liquescant. (344) Non hic Morbus intelligendus est ille, quem dicunt Ignem Sacrum, Sanct Antoni-Feur/ Loggfeur/ Rottlauff: Sed ille, qui in hymno, Veni creator Spiritus, memoratur. Fons vivus, Ignis, Charitas, &c. &, de quo igne loquebantur, qui Luc. 24. v. 32. dicebant; Nónne cor nostrum Ardens erat in nobis? dum loqueretur in via? (345) Elevaverunt omnes filii Israël vocem suam; & fleverunt. Judic. 2. v. 5. (340) Allusum ad illa psalmi 147. verba, v. 18. Emittet Verbum suum, & liquefaciet

faciet ea (*glaciem scil. & nives, instar crystalli induratas.*) Flabit Spiritus ejus; & fluent Aquæ. (347) *Pes* Procelevsmaticus. *Humilis hîc, non Ecclesiasticè sumitur, pro, modesto-in-sensu; sed Latinè, pro obscuro, vili, contemptô. Cic. 1. Offic.* Quorum prima ætas, propter humilitatem, & obscuritatem, in hominum ignoratione versatur &c. (348) *Herm. Contr. in antiphona,* Salve, &c. Gementes, & flentes, in hac Lacrymarum-Valle. (349) *Judic. 2. v. 5.* Et *indè* vocatum est nomen loci illius, Locus-flentium, sive Lacrymarum. (350) Angelus *ille, præco Pœnitentiæ.* (351) *Ciceronis est, pro* ebrio, *seu, qui* plus adbibit. *Epistolar. ad famil. l. 7. ep. 22. ad C. Trebatium* JC. Etsi domum bene *potus,* serôque, redieram. (352) *Luc. 15. v. 10.* Ità, dico vobis, gaudium erit coram Angelis DEI, super Uno peccatore, pœnitentiam agente. &c. (353) *S. Bernardus super Cantic. apud Thom. Hybernic.* Lacrymæ Pœnitentium, vinum sunt Angelorum. Quia in illis odor vitæ, sapor gratiæ, gustus indulgentiæ, sanitas redeuntis innocentiæ, reconciliationis jucunditas, & serenatæ conscientiæ suavitas. (354) Sacrificat. *Lactant l. 5.* Innocentiam siquis obtulerit Deo; satìs piè, satìs religiosè, libabit. Θύσει. *Virgil.* — Pateris libamus, & auro, (*i. e. in pateris aureis sacrificamus*) *Georg. 2. Tibull.* Libatum (*pomum*) agricolæ ponitur antè

Deo.

Deo. *L. 1. el. 1.* (355) *Peccator, vel peccatrix.* Sacrificium Deo (*adeóq; Libamen gratum,*) Spiritus contribulatus. *&c. psal. 50. v. 19.*

VII. (356) Hebræis, Israëlitis, *ab eo ortis; qui priore nomine dictus est Abram, seu* Abrámus. (357) *Aqua ipsa pœnitentis-lacryma; per relapsum in delicta pristina. Ecclesiastici. c. 34. v. 30.* Qui baptizatur à mortuo, (*à delicto mortifero per pœnitentiæ lacrymas eluitur,*) & iterum tangit eum: quid prodest lavatio illius? Si confisus in Justitia sua, fecerit iniquitatem; omnes justitiæ ejus oblivioni tradentur: & in iniquitate sua, quam *postea* operatus est, in ipsa morietur. *Ezechiel. 33. à v. 12. usq; ad 14. Proverbium, hoc Jambô, tangitur illud vulgatũ,* Æthiopem lavare. (358) *Ciceronis est, & Livii. &c. aliquoties;* Opus, *tali more, ut hîc, constructum. Alvarum vide, lib. 2. Institut. Gram. tit.* Opus. *Ad Tiron. Cicer. l. 16.* Is omnia pollicitus est, quæ tibi opus essent. *Alibi, l. 2. epist. ad Curionem.* Dux nobis, & auctor, opus est. *&c.* (359) *Ab* Angelo *vocatus, ad bellum, adversùs Madianitas gerendum. Judic. c. 6. à v. 12. Pluribus verò de* Gedeone *agitur à c. 6. 7. & 8. Græcè* Γεδεών, *gen.* Γεδεῶνος. (360) Samsonem, *sine, p, pronuntiant, & scribunt, Latini. Septuaginta verò Graci, per, ψ, Sampson,* Σαμψών. *De hoc agitur Judic. l. à cap. 13. usq; ad 16. inclusivè.* (361) Sermone Angeli, *denuntiante Pueri Samsonis ortum.* Nã,

Judicum libri cap. 13. à v. 3. uxori Manue Danita sterili, apparuit Angelus, conceptum, ortúmque filii ejus Samsonis ei indicens: & indictionem prodigiô confirmans. usq; ad f. cap. (362) Israëlitarum. (363) *Non meâ solius, sed complurium aliorum, conjecturâ; Samsonis antiquiora longè gesta, translata dein Græcis à mythologis in Herculem fuêre. Gesta porrò Samsonis vide Judic. l. & apud Salian. ab anno 2880. usque 2899.* (364) Totius populi Israëlitici. *Collum autem Israëlitarum gravatum fuisse Servitutis indigna jugô; verba indicant, qua Samsoni, Philistæis insultanti, dicunt Hebræi. cap. 15. Judic. v. 11.* Nescis, quòd Philistiim imperent nobis? (*& hoc, per annos, Judic. 13. v. 1. totos* quadraginta.) (365) *In* futurum *tempus.*-Quondam, tua dicere facta, Tempus erit—*citatur à Sinapio, sed ἀόριστος.* (366) *Pro,* Philistini jugi, *quo premebantur Hebræi, ante Samsonis præturam.* Gethamque, *inter 5. Philisthinas civitates primarias, aliquando principabatur:* & reges *habebat; nominatim,* Achin *unum, atque alterum, memorabiliórquè horum, nominatur. 1. reg. c. 21. v. 21.* (367) Trecentis viris, *contra hostium multitudinem infinitam, terrore magis, quàm ense, pugnam inchoantibus. Narratur id prælium, lib. Judicum cap 7. totô.* (368) Patronymicus *genitivus,* à Madian, *regione trans Jordanem, ad Arabiam Petræam: sicut à Danaus, Dánais, Danaidis.*

naidis. &c.(369) Quid minùs ad cruenta prælia vulgò credi potuisset idoneum; quàm, testæ lagenæq; fictiles, vacuæ, cum lampadibus intus in medio positis; quæ lagenæ complodendæ frangendæq; erant, inter sonitum tubarum? Judic. 7. à v. 16. ad fin. usque. Hoc fecit tamen Gedeon.(370) Samson, præliô contra Philistæos. (371) Judic. 15. v. 15. Asini mandibulâ interfecit mille viros. (372) Pro Judicibus, seu Prætoribus, qui diu, post Moysen, & Josuam, institutô Dei, populo Israëlitico, & bene, præfuerant; postulavit vulgi superbia tandem regem, regalémque thronum: & impetravit; sic tamen, ut, Dei jussu, Samuel eis prædiceret Regum futurorum, diversum à Judiciaria mansuetudine, regendi modum, ac rigorem: qui novus inassuetis futurus esset; ac statim in Saule fuit. (373) Populo, qui Moysen habuerat Legislatorem, Ducem, Prophetam, & plusquam patrem. (374) Israëlitarum: quibus, etiam Regum tempore, infesti molestique hostes nunquã defuerunt, Ammonitæ, Syri, Philistæi, Ægyptii, Babylonii, Assyrii, & alii. (375) Angeli promptos se semper piis exhibebant; cùm periclitarentur Hebræi à barbarorum assultu: ut expertus est etiam Elisæus, in Dothain: ubi, pro viri sancti tutela, mons plenus equorum curruúmque ignecorum erat: quæ videlicet Angelica erant excubiæ. de quib. infrà l. 3. (376) David rex. patronymic. à Jesse, cujus filius fuit David; libri Ruth. cap. & v. ult. (377) Mandârat Joabo David:

ut, etiam invitus, & ſuperbam curioſitatem illam multùm diſſuadens, numeraret populum, per 12. Tribus, quotquot ex eo habiles ad arma reperirentur. & diſplicuit Numeratio Deo, 2. reg. 22. & 1. Paralip. c. 21. (378) Angeli; *populum evaginatô gladiô interficientis. 1. Paralip. c-21. v. 16. & ſuperiùs v. 14.* (379) *Ceciderant enim ab illo gladio 70. Millia de populo Iſraël. ibid. v. 14.* (380) *Dixerat propheta Gad Davidi, 2. reg. 21. & 1. Paralip. 21. v. 13.* Tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. *Verſúque 15. ſubjungitur:* Immiſítque Dominus peſtilentiam in Iſraël. &c. uſque ad tempus conſtitutum. (381) *Omnis* peſtilentia, *genus eſt quoddam* πυρετῦ, febris ignitæ, *tanquam alicujus* Tartareæ flammæ; *ſi præſertim* pœna *ſit* peccati. *Erebus, & Erebaus, pro* Inferno, & Infernali, *ſumuntur ſuprà.* (382) Triduanus *ille Angeli percuſſoris* gladius, *peſtilentiáq; mortifera plaga, (qua gladii illius, populo inadſpectabilis, effectus ſpectabilis, tactilísque fuit,) non ſolum vaſtavit Jeroſolymam, ac Davidis regiam (1. Paral. c. 21. v 16) ſed per univerſum 12. tribuum regnum, debacchata fuit.* (383) *Regem autem Davidem terrore tantô perculi t; ut de eo dicat liber 1. Paralip. c. 21. v. 30.* Non prævaluit David (*pra virium videlicet imbecillitate*) ire ad Altare (*quod ipſe juſſerat exſtrui, in area Ornánis, ſeu Arevna, Jebuſæi*) ut ibi obſecraret Deũ, nimiô enim fuerat timore per-

re perterritus, videns gladium Angeli Domini. (384) Superbum, *in sublime elatum. Arbiter*: Nec curat alto regiam trucem vultu. (385) *Adeò, ut pre imbecillitate David ambulare, ingredique, non valeret.* (386) Antehac *nempe*. Fuit ista *quondam* in hac Rep. virtus. *Cic.* (387) DEA *veteribus existimata, quæ sua, cujusq; pro merito, præmia suppliciáve distribueret. Catull. Statius. Auson. Gabria in fabulis, & Æliano, est* præses Justitiæ, *inter* homines; *rationem habens morum: & in superbos præsertim, despectoréque, graviter animadvertere solita. Hîc, de* Nemesi *sermo est, in posteriore maximè significatu.* (388) *Metaphora, modestiam-in-sensu* (humilitatem *ascéta dicunt*) *exprimens: petita à nautis, vela suis ventis non nimis effusè permittentibus; ne, quò non debent, ab iis abripiantur.* (389) Philistinæ gentis. (*suprà*). *Hi contra Davidem, &* privatam *adhuc* fortunam *tenentem, 1. reg. à c. 17. & postea* Regem, *l. 2. reg. passim, crebrò movebant arma, maximéq; 1. Paralip. c. 14. à v. 8. usq; ad fin.* (390) Equestribus *etiam copiis, & non solô* peditatu, *præliari solitos* Philistæos; *quin immò,* curribus *etiam additis: claret è prælio Gelboæ, contra Saulem initô, 2. reg. c. 1. v. 6.* Saul incumbebat *super* hastâ suam: porrò, Currus & equites appropinquabant ei. (391) Currus *autẽ nec* falcatos *quidẽ à barbaris illis prætermissos; conjicere permittit consuetudo cæterorum, Hebræos infestantium. Jud. 1. v. 19. cap. 4. vers. 3. & v. 13.*

(392)

(392) Angelicæ. (393) *Hiſtoria breviter refertur 1. Paralip. c. 14. à v. 13. uſque ad fi.* Aliâ etiam vice Philiſthiim irruerunt; & diffuſi ſunt in Valle. Conſuluítque rurſus David Deum: & dixit ei Deus; Non aſcendas poſt eos: recede ab eis: & venies contra illos, ex adverſo pyrorum. Cúmque audieris ſonitum gradientis in cacumine pyrorum; tunc egredieris ad bellum. Egreſſus eſt enim Deus ante te, ut percutiat (*Angelorum miniſteriô*) caſtra Philiſthiim. Fecit ergò David, ſicut præceperat ei Deus: & percuſſit caſtra Philiſthinorum, de Gabaon, uſque Gazera. &c. (394) *Haud dubiè tunc* Angeli, *Dei vice fungentes, tumultum inter folia frondéſque pyrorum arborum concitaverint, illi perſimilem, cujus meminit S. Scriptura 4. reg. 7. v. 6.* Cúmque veniſſent (*quatuor viri leproſi Samarita*) ad principium caſtrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt. Siquidem Dominus ſonitum audiri fecerat in caſtris Syriæ, curruum, & equorum, & exercitûs plurimi *&c.* Surrexerunt ergò, & fugerunt. *&c.* (395) Ventum horridum, *ac violentô ſtirantem flatu; qualis* Japyx *eſt: qui idem & Argeſtes eſt Ariſtotelis l. de Mundo, & A. Gellio l. 2. Noct. Atticar.* (396)]Philiſtæa: *cujus gentis atrocitas, è multis elucet factis ſævis: effoſſione oculorum* Samſonis; *ſuſpendio truncorum corporum & capitum* Saulis *regis, & filiorum ejus, in muris* Bethſan; *demerſione plurimæ multi-*

( )

tudinis

tudinis Judæorum, ad Joppen, 2. Machab. 12. aliisq; similibus. (397) Davidis: *cujus interitum universi quærebant. 1. Paralip. cap. 14. v. 8.* Ascenderunt (*inquit*) omnes, ut quærerent eum. & David egressus est obviàm eis. (398) Angelorum. (399) *Similis ei, quem Maro describit 1. Georgic.* Continuò ventis surgentibus, aut freta Ponti Incipiunt agitata tumescere, & aridus altîs Montibus audiri fragor. *&c.* (400) *Veluti* tropæum *aliquod; quod, ex arbore fieri quondã suetum, diu pòst adstabat signum, illic aliquando reportata Victoria. sic ha* pyri *arbores, victoriæ indicia. Virgilius 12. Æneid:* Vota Deûm primô Victor (*Æneas*) solvebat Eoô, Ingentem *Quercum*, decisîs undiq; ramîs, Constituit tumulo, fulgentiáq; induit arma, Mezentî ducis exuvias, tibi magne tropæum Bellipotens, *&c.* (401) *Dea bellorum, soror Martis, ait Herm: Torrent.* (402) Davidicæ stirpis *regum, ac Ducum; qui omnes à* Jesse *oriundi. patronym. 1. declin.* (403) Sennacherib, *Assyriorum Imp. cujus regia sedes fuit urbs Ninive.* (404) Ezechiæ, *Judæorum religiosissimi regis*: qui fecit, quod placitum erat coram Deo; juxta omnia, quæ fecerat David, pater ejus. *2. Paralip. 29. v. 2. & alibi. Quàm ferociter autem adversùs hunc insurrexerit Assyrius, legimus 4. reg. 18. & 19. & l. 2. Paralip. cap. 32. & Isaiæ 36. ac 37.* (405) *Isa. 37. v. 36.* Angelus Domini percussit in castris Assyriorũ &c. (406) Lucas, *hoc locô.*

non

non colorẽ notat; quo casu primam syllabam produceret: sed est adjectivum à luto, *i. e. limô, argillâ, molli lentâq; terrâ.* (407) Angelicas *altitudines, ac* potestates: *de quibus, in comparatione Luciferi (Angelorum aliquando eminentissimi) dicitur, Ezechiel 31. v. 8.* Cedri non fuerunt altiores illô, in paradiso Dei. *Cur igitur humistratus homuncio, è* luto *compactus, erigeret* junceam *staturam suam, adversùs cœlestes illas* cedros? (408) *In cœlo interim cæteris* Angelis *omnibus remanentibus.* (409) Viciniam *urbis Jerosolymæ, Australem, Sionique propinquam planitiem: in qua castra habebat Sennacherib, rex Assyriorum. Adrichom. vide, in Jerusal.* (410) *Ninive enim, &* Nînos *dicitur. Suid. Hac immensam exercitûs sui multitudinem miserat adversùs Ezechiam* (411) Non 100. boum *sacrificium, sed 185000. militum* victimam; *quos omnes* Angelus unicus *mactavit. Isa. 37. v. 36.* (412) *Cœlo, & Angelis, & Deo ter opt. max.* De *voce* Poli, *pro cœlo, dictum superiùs.*

VIII. (413) Sennacheribo: *qui pariter & Mediæ, non Assyriæ solius, rex fuerat.* (414) Ptolemæus, *cognomentô* Philopator, *Ægypti rex; fusiùs alibi descriptus à me, parte videlicet 3. Decadis 4. Ruinarum. De quo agit & liber 3. Machab: ἀπόκρυφος, nec tamen ideo non, in suâ certis partibus, pro veridico, etiam gravibus ab au-*

ab auctoribus, receptus. (415) Album, *tabula gypsata certorum magistratuum, & judicum. suprà jam adnotatum.* Aterrimô *verò in tali Albo, seu pittacio, Philopator esse dicitur ; ob nigerrimas infamiæ notas, quas incurrit à sævitia, & impuritate morum.* (416) Ægyptiacæ *gentis, & Alexandrinæ maximè Regiæ : cuj proxima,* Pharos *erat, insula. suprà.* (417) *Caussa trepidationis omni illi terræ, quæ Nilô percurritur, ob inauditam ipsius Philopatoris crudelitatem.* (418) *Quàm civilis, ac Jovialis ingenii, plerâque vitæ parte, præsertim erga suos Ægyptios, fuerit Ptolemæus ille, Lagi Fil. ac Domûs Ptolemææ (ut Propertius loquitur), seu Lagidarum, fundator : ostenditur illâ eâdem, paullò antè citatâ, Parte* 3. *Decad.* 4. *in ejus vita, ac Ruinâ.* (419) *Præsertim verò* decus *illud, quod Ptolemæo nomini Ptol.* Philadelphus *peperit: cujus encomium ingens, & prolixum, contexuit Theocritus Syracusius, Idylliô* 17. *quod, juverit, legi. Clauditur autem humanitatis ejus laude, Idyllium quoque* 14. *liberalitatem ejus in litteratos tangens.* (420) *Hôc in Philopatore, id præcipuè reprehensum fuit ; quòd cynœdos, scorta, ac turpissimos quosq;, benevolentiâ singulari complecteretur : optimũ verò quẽq;, & religiosiores Judæos, cane pejùs, & angue, solit' esset odisse.* (421) *Ob immanitatẽ, hujc belluæ meritò conferri Philopator*

lopator poterat; de qua ferâ Arbiter, De Civili bello. — auratâ vectatur in aula, Ut bibat humanum, populô plaudente, cruorem. *Quid autem minus fecit, & Philópator? historiam vide l. 3. Machab. decadis item 4. partem 3. in Ruina Philopatoris.* (422) Genus omne Judæorum, *utriusque sexûs.* (423) Angelus; *magno cum splendore, se, coràm omni populo, conspicuum regi sistens.* (424) Purpuræ *succô nusquam feliciùs alba mundáq; lana, quàm Tyri, ac Sidone, tingebatur. Hinc,* Tyriæ vestes, *κατ' ἐξοχήν, dicebantur, quæ* Purpureæ. (425) Palla, *muliebre cæteroquin indumentum: quod Junius interpretatur Alemannicè,* Ein Hußäcken / Schauben / langer Frauen-Mantel. *Vestis promissior; & antrorsum, ritu Doricô, divisa per medium, à summo collo, ad immos usq; talos pedum. Quando verò fibulis, aut nodis, à collo ad pectoris ferè medium, anteriùs adstringitur: tunc* palla *virorum quoque est. etiam principum, magnatum, ac regum; præcipuè barbaricorum, & hodie, & olim.* (426) *Nitidam, aut etiam purpurâ fulgentem, vestem, maculis* atris *obscurat, & inficit; qui sanguinis glomis, præsertim autem inveteratis, eam deturpat.* (427) Tauricæ Chersonesi *priscorum incolarum efferi mores, etiam in sacrificando, (quippe homines etiam, & non tantùm boves ovésque, immolantium) notantur ab Ovidio quoque, l. 4. Tristium, eleg. 4.* Nec procul à nobis

nobis locus est, ubi Taurica dirâ Cæde pharetratæ spargitur Ara Deæ. Hæc priùs (ut memorant) non invidiosa nefandis, Nec cupienda bonis, regna Thoantis erant. *&c.* (428) Elephãtorũ. *nã his, lacerandos ac proterendos Judæos, cũ parvulis & uxoribus, Philópator objiciendos destinârat. Lib. 3. Machab. cit.* (429) *Etenim illis miserorum laniena destinata erat Alexandrina civitas: pro qua poëtæ sæpe Pharon usurpant, insulam, urbi proximam, & aliquando aggere, ceu ponte, connexam.* (430) Rex Ægypti, *Philópator: ad quem etiam* Memphis *spectabat.* (431) *Cum, ab Angelo deterritus, voluntatem perdendi Judæos abjecisset, obedientiæ præmium, vitam retinuit sospitem: nullâ præterea tunc atrociore multatus plagâ; præterquã attonitæ mentis stupore.* (432) Heliodórus, *Græcè* Ἡλιόδωρος *quasi* ἥλιος *Solis,* δῶρον *donum.* (433) *Erat enim Heliodorus è magnatibus aulæ regis Syriæ, & scilicet* Super negotia regis (*uti loquitur* S. Scriptura 2. *Machab c.* 3. *v.* 7.) *seu* procurator regiorum negotiorum, ac redituũ regni. (434) *Erat hic Heliodorus, natione Syrus, non Græcus, è Judæisve progenitus.* (435) Seleuci, *Asiæ Syriæq; regis, cognomentô* Philopátoris; *filii regis* Antiochi Magni: *qui Seleucus, cupidus pecuniæ sacræ è Jerosolymorum templo ad se pertrahendæ, miserat Heliodorum: sed, tam suô, quàm emissatii sui, magnô malô.* (436) *Erat enim ea pecuniæ*

asser-

asservata, majoris caussâ securitatis, in ipso Jerosolymorum templo: erántq; hæc (*ut Onias loquitur, 2. Machab. c. 3. v. 10.*) deposita, & victualia, viduarũ & pupillorum. &c. (437) Templum Salomonis; *regiâ (præsertímq; primâ ædificatione) constructum magnificentiâ: indéq; meritò* Βασιλικὴ. *Vide* J. *Sinapium, v.* Basilica. (438) *Historia Helidori refertur 2. Machabæorum c. 3. ubi, v. 25. lego*; Apparuit illis (*Heliodoro, comitibúsq;, templum ingressis, expilandi caussâ*) quidam EQUUS, terribilem habens sessorem; optimis operimentis adornatus. ísque (*equus*), cùm impetu, Heliodoro priores calces elisit (*i. e. illisit.*) *Hujus igitur Equi* ferripedem furorem *Heliodorus extimuit.* (439) *Pégasus, equus alatus, à Bellerophonte insessus: eôque hinc delapso, volans in cœlum; translatus & collocatus inter sidera, fingebatur.* Hîc, Equum Angeli *insessoris significat: de quo dictum.* (440) Tres *enim erant circa Heliodorum* duces cœlestes: *unus nimirùm, equô proterrens ipsum; & duo, verberantes eum. 2. Mach. 3. v. 26.* (441) *Et equo feroci: & plagis, multò ferocioribus.* (442) *Vocabulum hoc, interim est etiam honesta, tam appellationis, quàm functionis. Sic enim appellabantur; qui, apud Romanos, Magistratibus, in provincias euntibus; apparebant; præstò officii caussâ erant; ac fasces*

præfero-

praferebant. (443) Lysias, *Regis Antiochi Epiphanis, & dux primarius, & propinquus, & aliquamdiu Prorex fuit: sed à Juda Machabæo superatus acie, turpem in fugam conjectus est: præcedente Judæos* Equite *cœlesti*, in veste candida, armis aureis hastam vibrante. *unde mox hostium ceciderunt 11000. pedestris exercitûs: equitum verò, 1600. lib. 2. Machab. XI. v. 1. 2. & v. 8.* (444) Duos *fuisse* Timotheos, *Machabæorum hostes; quorum alter in Perea postea, seu terrâ transammanâ; alter verò, in Cisammana, non procùl Philistæorum regione, deletus sit; ostendi in Ruina* Seleucidarum, *Parte 3. decadis 4. De posteriore quidem Timotheo, ex l. 2. Machab. c. 10. à v. 24. ubi Quinque Angeli equites, franis aureis insignes, pro Machabæis bellârunt; occisis hostium 20000. & 500. ex peditatu: ex equitatu verò, 600. ipsô Timotheô in munitione Gazera occisô. De primo verò Timotheo, ex 2. Mach. c. 12. à v. 2 & infrà, à v. 20. cujus 30000. fugata deletáq; sunt, vi cœlesti, timoréque divinitus incussô, ad Carnion, trans Jordanem.* (445) *Duo cumprimis celebres regum* Antiochorum, *belli-duces.* Gradivus Syrius, *Mars est, bellantis* Syriæ (*cujus reges erant Antiochi*) *præses habitus; ut alibi Scytharum, Thracum, &c. Maro, Æneid. 3. post init.* Multa modis animô, Nymphas venerabar agrestes;

Gradi-

Gradivúmque patrem, Geticis qui præsidet armis. (446) Judas; *adversùs eos crebrò praliari solitus, cum* Jonatha, *&* Simone, *fratribus suis.* (447) *Uterque Timotheorum, non minùs Deum* Cœli, *universúmque ejus cultum, cupiebant extirpatum; quàm, Judam Machabæum, cum suis, esse deletum.* (448) *Per miraculum, rarîs alioqui bellorum casibus contingere solitum.* (449) Cœli; *Timotheorum, & aliorum improborum hostium, impietatem ulciscentis. Voce hac, pro* Cœlo *frequenter uti poëtas; superiùs adstruxi. Canit & hymnus de S. Joan. Bapt.* Nuntius, celsô veniens Olympô, &c. (450) 2. *Mach. XI. v. 8.* Apparuit, præcedens eos, eques, armis aureis hastam vibrans. (451) *Germanis olim lancea acerrima genus; S. Augustino verò, in psalmum 8. gladius bis acutus.* (452) *Duobus Publiis* Scipionibus, *cognomentô* Africanis; *ob subactam à Majore, & excisam à Minore, Carthaginem. de quibus ait Virgil. 6. Æn.* Quis te, magnè Cato, tacitum, aut te, Cosse, relinquat? Quis Gracchi genus? aut geminos, Duo Fulmina belli, Scipiadas? &c. *His tunc, pares συγχρόνοις, non impares, armorum impetu, successúque, sibi videbantur jactabundi quidam Syriæ belli-duces.* (453) *Apud Romanos, interfecto C. Jul. Cæsa. dictatore, adversùs duos Brutos, & Cassium, interfectores ejus, moneta cusa signatáque, & ades Aráque posita,* MARTI ULTORI.

(Sueton.

(*Sueton. vide in Octavio. c. 29. &c. quantò aquiùs, DEO vero?* (454) *Tullus, cognomine Hostilius: qui longè antè Scipiones, & bella Machabæorum, vixit.* (455) *Hic Juppiter in Aventino Monte Roma colebatur. Perott. in Cicer.* (456) Romanorum. *pro*, Quiritium. *Emman. vide de Genit. plur. 3. decl. Tit. Livius annal. l. 1.* Tullus, magnâ gloria belli regnavit, annos duos, & triginta. (457) *Ipse enim rex Tullus sacrificabat Jovi Elicio, per seipsum; non per flaminem Dialem.* (458) *Livius. l. cit.* Iplum Regem *Tullum* tradunt, volventem commentarios Numæ, cùm ibi quædam occulta sollemnia Sacrificia, Jovi Elicio facta, inveniſſet; operatum his sacris, se abdidiſſe. Sed non ritè initum, aut curatum, id Sacrum esse. nec solùm nullam ei oblatam Cœlestium speciem; sed irâ Jovis, sollicitati pravâ religione, Fulmine ictum, cum domo conflagrâsse. (459) Superbæ Impietatis, & impiæ Superbiæ: *cujus jurazu hostis, est Deus.* Veni, humilium amator, (*exclamat auctor Meditationum, sub nomine* S. *August. tit. Invocatio Spir.* S. *paracleti*) Superborum destructor! (460) *De* Timotheo, *& impiis Syris omnibus, in Deum, ejúsque populum, bellantibus, sic liber Machab. 2. cap. 10. v. 24. & seqq.* Timotheus, congregatô exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu Asianô, advénit, quasi Judæam armîs capturus. * Sed, cùm vehemens pugna esset:

apparuerunt adversariis de cœlo viri quinque in equis. &c. ducatum Judæis præstantes. * In adversarios autem tela & *Fulmina* jaciebant. Interfecti sunt autem 20000. & 500. &c. (461) *Hæc* blasphemorum *pœna fuit* : qui posuerunt in cœlum os suum. *psal. 72. v 9.* (462) Gigantes, *qui in diebus Noë cœlestes minas, ac denuntiationes, despiciebant, ac subsannabant: postea autem*, sub aquis gementes, *in flammas sempiternas sunt detrusi. Job. 26. v. 5. Genes. 6. & 7. v, 21.*

Libri II.

Ejusdémque Testimoniorum, & Observatiuncularum,

Finis.

ANTI-

ANTIQUITATUM ANGELICARUM VETERIS TESTAMENTI LIBER III.

ARGUMENTA Partitionum.

I. *CUr Machabæorum, ante tempus ſuum, & chronologiæ ordinem, delibata geſta fuerint, librô proximè præcedente; cauſſa refunditur in Cognationem: qua Machabæis, tametſi tantò pòſt natis, nihilô ſeciùs cum domo Davidica intercеſſit. Addit auctor; de Prophetis ſe jam, proximô loco, acturum: quod de illis intelligas Prophetis, quibus, poſt Moyſen, aliquid cum beatis Angelis fuit commercii.*

II. *Ex his primus in amphitheatrum prodit Elias Thesbites; hoc eſt, in municipio Thesbe natus, & educatus: quem non modò Corvus (nunc hic, nunc alius, atque alius,) aliquamdiu, & poſt Corvos, Sareptana Vidua, paverunt, famis univerſalis tempore; ſed poſthæc etiam Angelus, Jezabelis Reginæ tyrannicas denuntiationes fugientem, per deſerta Pharanis loca, quadraginta dierum aç noctium morâ, itineréque, uſque ad mon-*

tem Dei Oreb: ubi Propheta deinde, ſecurus inſidiarum ac necis, delituit. Raptus autem demum ab Angelis, equorum igneorum ſpecie veſtitis (ut & poſthac Eliſæo, Eliæ diſcipulo ſucceſſoríque, præſidii cauſsâ, flammeos ſe ſtiterunt) in locum orbis aërii ſepoſitum, & hominibus incognitum; paſcitur ibidem, etiamnum hodie, alimentô, mortalibus cæteris haud uſitatô. Vir, undequaque admirandus; & cœlitum favore, & prodigiorum potentiâ, rerúmque geſtarum gloriâ: occubiturus tamen, ad extremum, ab Antichriſti rabie.

III. Magnum Dei donum eſt, Propheta magnus, ac ſanctus; cujuſmodi fuit Iſaias; ortu regiô, vaticiniôque myſteriorum Evangelicô. Qui, longiſſimè poſita, quaſi præſens præſentia, aſpexit, & audivit: cumprimis verò Deum, ſolio ſuæ Majeſtatis inſidentem; duósque Seraphinos Angelos, ſacrum Triſagium canentes: & alia, templi cœleſtis arcana. Dolens autem, & conquerens, de ſuppreſſa à ſe correptionis voce, tempore Oziæ regis, aliísve pravorum morum corrigendorum occaſionibus; ab Angelo advolante expiatur: igneo calculo labiîs ejus expurgatis. Et hinc, tam inſignem evaſit in Prophetam: ut, qui præſagiorum ſuorum ſplendore, cæterorum, uſque ad S. Joann. Baptiſtam, & Chriſtum Jeſum, haud ulli cedat.

IV. Sequitur Iſaiam, Ezechiel. Qui, Uxoris à morte, tandẽ ad cœlibem transgreſſus vitam, inſigniſſima Cœli myſteria, magìs magísque ſemper illuſtratus, inſpexit; ſicut & antea, non pa-

rùm

rùm clara fuerat intuitus. Parùm fuerat, vidisse mundi superioris ornamenta; nisi astexisset insuper & Visionem, *ut Sacra Scriptura loquitur*, Similitudinis Gloriæ Dei: *qua refertur à Propheta, capite statim primô: ac relibatur capitis 2. initiô. non ideò tamen fortasse, quòd hæc omnium Ezechielis visionum simpliciter Prima fuerit; sed, quia facilè potissima. In hac porrò, producitur in spectaculum Rex Gloriæ, cœlesti Solio suo insidens. quatuor item Animalia; eorúmque descriptio: cum universa gloriæ pompâ. Posthæc; Aspectus abominationum in templo Dei: quas illic Propheta vidit; è Babylonis suburbio translatus à Spiritu, Jerosolymam usque. Depingitur autem hîc multitudo, ac fœditas, Picturarum varii generis, in pariete Domûs Dei interiore: Impietas item, Septuaginta Seniorum; qui à Judaismo deflexerant ad manifestissimum Idolorum cultum, & adorationem. Petulantia quoque Israëlitidum; qua fœdum Adónidem, Veneris fœdioris amasium, ab apro interemptum, deplorabant,* Ezechielis 8. capite: *Cuj invectivam interserit auctor brevem, in Judæas illas; earúmque lacrymas detestabiles. His autem, è regione, opponitur aspectus, seu visio, Virorum melioris notæ; gementium videlicet, & indolentium sceleribus Judæ, ideóq; etiam Signô littera Tau, manu Angeli, notatorum. Post quorum innoxiam turbam, alii omnes, qui Signô* Tau *carebant, interficiuntur; citra misericordiam, aut discrîmen*

ullum ætatis, sexûs, & conditionis. Ezechiel c. 9. *Unde mox digressio fit, Peccatores omnes ad Pœnitentiam exstimulans; injectô præsertim metu flammarum æternitatis, & Lacûs illius Tartarei: in quo serò nimis, inutilitérque, flebitur; neque tamen ibi cujusquam Personam Deus accipiet, aut reum lege solvet: cùm viderit ibi Ezechiel genus omne mortalium, in delictis lethiferis exstinctorum, tam populorum, quàm populi rectorum, ac tyrannorum; qui ferreum ibi somnum, ardentibus in lectis, dormiunt.* Ezech. 32.

V. *Post Ezechielem Daniel, semper cœlebs, & Virgo; idque non necessitate, sed purissimo suæ mentis, ac libertatis, arbitriô. Gratiosus, apud Reges terrarum; gratiosior est apud cœli Regem, ac Cœlites: utpote, qui quàm plurima ei reconditissima aperirent. In his, Somnium Nabuchodonósoris; cujus tamen ipsemet Somniator fuerat oblitus.* Daniel. c. 2. *Ejus Somnii interpretationem inierûnt Imperiorũ, seu Monarchiarum, fata: Assyriorum nominatim, Persarum, Græcorum, & Romanorum; ad usque Christi ortum, & regnum. E Gabriele deinde Archangelô, cæterorúmq; Angelorum nonnullis, mysterium accipit & intelligit Daniel, Bestiarum quatuor horribilium: quæ septimô præsertim Danielis capite referuntur. attinguntur autem etiam octavô, nono, &c. usque ad duodecimum. In harum numero Bestiarum, Aries est: sub cujus imagine prædicitur Darius, Persa-*

Persarum, in illa tunc Monarchia, Regum postremus. Hircus item Caprarum attingitur; hoc est, Alexander Magnus, rex Macedonum: qui, parricidiô Bessi conatus ipsius promovente, Darii regnum, ab ejus morte, occupavit. Ptolemæidarum quoque, & Seleucidarum Regum, alterna per Ægyptum Syriámque bella, & instabiles amicitiæ fœderáque, delibantur. Inter Seleúcidas porrò, primas potissimásque partes agens, Antiochus Epiphanes; Antichristi, sub Mundi finem venturi, genuina viváque figura. Qui Antichristus, idem & pars est Visionis illius, quam Daniel habuit de Judice æterno vivorum ac mortuorum: déque Judicis tribunali, Judicii apparatu, dieíque supremi terrificô adventu. quô die, Pater æternus, Judiciariam potestatem universam translegabit Filio, Deo-Incarnato: Antichristus verò, suis cum Asseclis, funditus exstirpabitur; in Gehennam præcipitandus. c. 7. Danielis, à v. 9. usque ad 15. *In eo verò Judicio stabunt, ac dimicabunt adversùs impios Angelos, & homines, etiam Angeli sancti; divina Justitia gladium, & gestaturi, & exercituri. Danieli porrò, præter Gabrielem, alii quoque Angeli futura patefaciunt: in quibus eminet* S. *Michaël; cœlestis militiæ signifer. Non tamen interim Angeli doctiorem duntaxat, prædictione futurorum, Danielem efficiunt; sed in periculis quoque securum præstant, & incolumem; amicitiæ fide majore, quàm, quâ plerumque inter sese agere mortales consuêrunt. Præterquam*

enim, quòd Tres Pueros, Danieli connexos, & illius consiliô dirigi solitos, eripuêre fornaci Babylonica, per unius cujusspiam, è suis hierarchiis, manum (*uti signatè docetur* Daniel 3. v 49. & 50.) *etiam Danielem ipsum, Leonibus semel iterúmq; objectum, eorum rictibus subtraxerunt Angeli.* Daniel. 6. v. 22. & cap. 14. v. 33. *Per Habacúcum insuper, Prophetam, Angelicô ministeriô è Judæa Babylonem usque transportatum, Danielem paverunt; alimentô messoriô ei transmissô,* Daniel. 14. *cùm is in lacu Leonum, diebus jam sex, supremâ cum fame luctaretur.*

VI. *Danieli Zacharias succedit, Barachiæ filius; Angelorum etiam ipse amicissimus: cujus Visionum tamen argumenta, Spectaculorum instar, aut pompa triumphalis ritu, magnam habent, in omni rerum objectorúmque genere, varietatem; ne tenuioribus quidem,* (*in speciem*)*, rebus exclusis à Prophetiæ Majestate. Is Prophetæ, simùl propemodum etiam Domus erat Angelorum, in ipso intus loquentium; &* S. Spiritûs *adyton. Hic, de nocte, videt equos, inter arbusta myrtorum, eósque colorum diversorum: &, quinam sub equis illis designentur, audit. Adspicit idem alio tempore mensorem, cum funiculo architectonico; Jerosolyma spatia dimetientẽ: &, Quænam ea esset* Jerosolyma, *intelligit:* Nova *videlicet illa,* de cœlo descendens. *Attingitur autem, hoc locô, Conversio quoque Gentium, ex Insulis, atq; terris transmarinis,* Zachariæ 8. v. 22. &c.

22. &c. *certatim ad Ecclesiam accurrentium: ad similitudinem Negotiatoris illius Parabolici, quærentis bonam rectæ Fidei margaritam, & Beatitudinis thesaurum*, è S. Matth. c. 13. v. 45. &c. *Prævidetur quoque, ac prædicitur, Concordia primitivæ Ecclesiæ, sub umbra* Vitis veræ, *Ficûsq; dulcis, conventuræ, & epulum initiuræ.* è Zachar. c. 3. v. 10. & Joan. 1. v. 48. & 50. & è Joan. 15. v. 1. & Sapient. 9. v. 2. *Alibi quoque, Oculos propheta septem contemplatur*, c. 4. v. 10. *quorum & explicatio ei subindicatur: de Angelis videlicet, universum terrarum orbem circumlustrantibus. Super hæc, & quadrigas quatuor Zacharias cernit, cum equis suis jugalibus; colorum diversorum; egressas de medio duorum montium æreorum grandium: & earum audit interpretationem* c. 6. à v. 1. usque ad v. 8. inclus: *Ostenditur ad extremum Zachariæ Jesus quoque, seu Josue, filius Josedéchi, Sacerdos magnus; cum Sazhana, ipsi adstante, & Angelô sanctô, Sacerdoti patrocinãte. qui Jesus, figura fuit* JESU *nostri Nazareni; sicut, instituta inter utrumq; comparatio, ostendit* (c. 3. per totum:) *quod proinde caput, apud ipsúmmet prophetam legi, non fueris fortassis inconsultum.*

VII. *Prophetis, Angelísque, commercium fuisse mutuum, connectente eos utrimque Charitate supernaturali, obiter indicatur. Post hæc autem, fit transitus ad Viros Fœminásque; quorum, quarúmque, ex professo munus non fuit, Oracula*

fundere : ſed titulis, ut plurimùm, aliis, claritudinéque virtutum, ſeſe Deo approbârunt. Horum primas tenent, Senior, ac Junior, Tobiæ : quorum nomen, aliter à Græco illius hiſtoriæ Scriptore, aliter à Latina noſtra vulgatâ verſione, profertur. Tobiæ Senioris patria : Captivitatis quoque terra ; & ejuſdem, per adverſarum rerum tolerantiam, exercendæ virtutis neceſſitas. Ipſius item, in exercitio laudabilium ac piorum operum, conſtantia : &, ſub religioſæ ſepulturæ occupatione, excæcatio. Ejuſdem quoque, ob calamitatem illam, ab uxore fatuâ exagitatio. Tobiæ Senis, in adverſis caſibus, patientiam, alibi abſens, & ignorans, imitatur tamen, eodem ipſo tempore, Sara Virgo ; ab ancillæ calumniis, & convitiis, appetita, propter Septem viros ejus ; à Dæmone, primâ ſtatim nuptiarum nocte, oppreſſos, ac ſublatos. Et Tobiæ igitur Seniori, & puellæ Saræ, de cœlo malorum remedium flagitantibus ; è cœlo medicus ſubmittitur, Raphaël Angelus ; opem eis allaturus : Raphaël, inquam, Angelorum Septem unus, qui Deo ſemper aſſiſtunt ; illius in nutus, & imperia, intenti. Hic, Azariæ, filii magni Aniæ, nomen, ac Juvenis perſonam, viarum ducis, aſſumens ; Tobiam Juniorem, ex Aſſyriorum urbe principe, Ninive, ad Raguelem, ex compoſito ducere incipit : qui Raguel, ad Rages, Medorum urbem, (aliis, Ecbâtana nominatam), tunc habitabat. In via, commiſſum ſibi juvenem eruit è periculo, quod è Calliónymi piſcis aſſultu illi imminebat.

minebat. Cùm autem ad Raguelem demum, cognatum Tobiarum, venissent; conciliatore nuptiarum Angelô, inter Tobiam Juniorem, & Saram Virginem, Raguelis, & Annæ filiam, connubium sociatur; & initur. Fugatur à Raphaële Angelo Sathan, prima statim nocte: incensô priùs, ac superper prunas vivas fumante, callionymi piscis jecinore. Trinoctium solidum, intacti mutuò, Sponsi novi manent; præter vulgi trivialis consuetudinem. Unde, tantô promptiùs in desertum Superioris Ægypti abreptus, dæmon Asmodæus; abesse se à tam pudicis neonymphis, & ab Angelo alligari, quantumvis invitus, patitur. Sponsi, cum suis, (dum à Gabélo pecuniam debitam exigit, accipítque, Raphaël) læti epulantur: ac, post hæc, Ninivem in Assyriam è Media revertuntur, ad Tobiam Seniorem. Hujc continuò videndi facultas, jam dudum adempta, prodigiosè quidem, sed ità tamen, restituitur; ut viscerum interea callionymi piscis applicatio non prætermittatur: utì habes libri Tobiæ, capite XI. à v. 13. Illuminati Tobiæ, paritérque totius piæ domûs illius, felicitatem, soli Deo innixam, auctor prædicat: sicut &, eádem operâ, aliorum quoque omnium, Numini constanter adhærentium, beata sors, exitúsque rerum secundissimus, ab eodem celebratur; juxta sententiam ferè psalmi 1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, *à v. 1. usque ad 4. exclus.* & *psalmi* CXI. Beatus vir, qui timet Dominum; Potens in terra erit semen ejus: Gene-

ratio rectorum benedicetur. *à v. 1. usque ad 10. exclus. & psalmi 36. per totum.*

VIII. *Quamvis autem magnum glorioſúmque ſit; in medio* mundi, qui totus in maligno positus eſt, *& in meditullio nationis pravæ, (cujuſmodi Ninive fuit, in qua Tobias habitavit,) vivere tam innocenter, quàm vixit Senior præſertim Tobias, omnísque domus ejus, ac magna poſteritatis ejus pars: Admirationem tamen haud dubiè majorem habet, inter indomabiles viros, & incontinentiſſima laſcivia milites, præſertímque ſupremos militum ductores, Idolólatras, mulieris, nullâ non formæ facundiæq; gratiâ reſplendentis, intactiſſimum nihilominus Cor, & corpus: quale Judithæ fuit, Amazonis Iſraëlitica. cujus hiſtoria curſim perſtringitur. Producuntur ejus, animi corporísque, dotes, & vitæ tenor; inſidiæ quoque, ab Holoferne ei tenſæ: quas & per apoſtrophen ei poëta ob oculos, dehortationis more, ponit; dum ei ſpiritalis ruinæ diſcrimen extremum, per conjecturam, ominatur, ac denuntiat: metuens ejus pudicitiæ, non ex Holofernis tantùm licentiâ militari, generatim; ſed & libidinis ejus planè peculiari tyrannide, & inſaniâ. At hujc præmonitioni reſpondens Judithæ introducitur; Tutam ſe fore cœli præſidiô, promittens: immò, mox quoque reipſa, tutam ſe affirmans, in caſtra Aſſyriorum egreſſam: tutam, in iiſdem verſatam; & ab illis denique reverſam eſſe intactam: Angeli videlicet ductoris ope.* lib.

Ju-

Judith. c. 13. v. 20. *Ad cujus proinde sectanda vestigia, fœmina Virgines, ac Vidua omnes, & suô modô proportionéque nupta etiam, provocantur.*

I.

Præfatio, de transitu à Machabæis ad Prophetas.

MACHABÆA nos ad classica, (1) & domitos Syros, (2)
Protrusit, ante tempus, ac seriem suam; (3)
Sors tacta belli varia Jessææ (4) domûs;
Pars (5) cujus, insitivus (6) alienũ in genus,
Machabæidum Judigena (7) reperitur thorus:
Stirps, Davidæô (8) & ipsa se sceptrô ferens;
(9)
Sed stirps, avitæ non pudenda origini:
Nec (ut, Ascalonis-germen, (10) Herodis domus),
Intrusus, atq; décolor genti, stolo.
Retrahamus indè, Jambe, dum trames sinit,
Iter, atq; passum, flexilî facilem pede.
Per cochleatos, (11) animus est, speculæ gradus
Trahere, cothurni lege tardigradam, moram;
Ac circumactîs, ambitu pompæ gravî,
Oculîs obire picta Vatum (12) imagine
Aulæa; tanquam Chlóridis (13) vernum nemus,

Hyblæve, (14) variô flore collucens, jugum.

II.

Elias Propheta, ab Angelis aliquoties refectus; ac ſurſum evectus.

HAc, ecce! parte, flammeîs(15)acer minîs,
Et æſtuosô fulminator ſpiritu,
Thesbês (16) minutæ grande, jam (17) in cunis, decus:
Regum impiorum terror (18) imperterritus:
Quem nunc, dapiferô volucris è roſtro nigræ, (19)
Aliâs olivô, farris & minimi ſcobe, (20)
Paſtum, (indigenti quem miniſtrârat cibum
Civis (21) Sareptæ, Vatis illa altrix, anus)
Geminîs (22) refovit vicibus, è ſuperâ quoq;
Demiſſus arce, lator-annonæ Aliger;
Et hoc, in omnis-Cereris-ignaro ſolô, (23)

Elias, in deſerto paſtus.

Hujc, ſub tepente cinere (24) quod piſtũ eſt, ador
Angelicâ abegit arte mortiferam famem;
Ac fontis humor advenæ (25) pepulit ſitim:
Vires refecit; robur inſtaurans viæ,
Quæ, per Pharánis (26) inviæ ſteriles plagas

Vatem

Vatem trahens in rapta aëris jugum,
Orebi (27) ad alvum longa relatat caput,
Sic, in quietis actus Isaïa fugis,
Similis columbæ, cæca quam pavor rapit,
Furiâ ab undâ Jezabelæ (28) minæ
Tutus, fovente Numine Elias Deo.
Sic, omne cœptum Impetûs aucupium suos
(Conjux Achabi (29) quales in Vatem dolos
fuit)
Et astus (30) alios (31) Gentium, & fraudes dabit
Unius ignem Sydus, unius quadrat
Tenuis aura, ubi Deum hunc Numinum, (32)
Nec non Deorum, (33) quæruntur deum, Samus
Citra rebelle murmur, almicrum fuit.

Elias, in altum raptus: & Elisæus
Spiritu.

Sed & (34), hujus ne superbus Indicum
In fera dominetur Ignis Pallarum (35) domo,
Nunc quoq; primorum nemorum (36) pedi-
tas,
Circumvolutas axis Achemii orbitas,
Hôc Thesbæ-alumno ævo, si prisca (37) Dei
Demas Endochi (38) facta, plus ævi gerit
Quem, post bis (39) alto ducta Sacra Imperio,
Ignisq; supera Numen, in Numinis (40) vehens,
Denique (Seraphica (41) fraxia dum rotabi-
tus,)
Turbine citato Samnitis volucres rotæ,

Dant

Hyblæve, (14) variô flore collucens, jugum.

II.

Elias Propheta, ab Angelis aliquoties refectus; ac ſurſum evectus.

HAc, ecce! parte, flammeîs(15)acer minîs,
Et æſtuosô fulminator ſpiritu,
Thesbês (16) minutæ grande, jam (17) in cunis, decus:
Regum impiorum terror (18) imperterritus:
Quem nunc, dapiferô volucris è roſtro nigræ, (19)
Aliâs olivô, farris & minimi ſcobe, (20)
Paſtum, (indigenti quem miniſtrârat cibum
Civis (21) Sareptæ, Vatis illa altrix, anus)
Geminîs (22) refovit vicibus, è ſuperâ quoq;
Demiſſus arce, lator-annonæ Aliger;
Et hoc, in omnis-Cereris-ignaro ſolô, (23)

Elias, in deſerto paſtus.

Hujc, ſub tepente cinere (24) quod piſtũ eſt, ador
Angelicâ abegit arte mortiferam famem;
Ac fontis humor advenæ (25) pepulit ſitim:
Vires refecit; robur inſtaurans viæ,
Quæ, per Pharánis (26) inviæ ſteriles plagas

Vatem

Vatem trahens in rupis aëriæ jugum,
Orébi (27) ad altum longa reſtabat caput,
Siç, in quietis-neſciâ felix fugâ,
Similis columbæ, cæca quam pumex tegit,
Furiali ab ungue Jezabelææ (28) manûs
Tutus, fovente latuit Elias Deô.
Sic, omne contra bipedis aucupium Feræ,
(Conjux Achábi (29) qualis in Vatem hunc fuit)
Et aſylon (30) ales (31) Genius, & ſcutũ, dedit.
Unîus igitur Solis, unîus quadræ,
Tenuis diæta, noctium hujc Moyſi novo, (32)
Nec non dierum, (33) quattuor decies, famis
Citra rebelle murmur, alimentum fuit.

Elias, in altum raptus: & ibidem vivens;

Sed &, hujus ut ſuperſtes indicium dapis,
In ſera deînceps ſpatia Faſtorum (34) foret;
Nunc quoq;, priorum temporum poſt tot rotas,
Circumvolutas axis-ætherii orbitîs,
Hôc Thesbæ-alumnô nemo, ſi priſci tamen
Demas Enóchi (35) ſæcla, plus ævi gerit:
Quem, poſt bis (36) altô devocata Incendia,
Ignísq; ſuperi flumen, in taurum ruens, (37)
Denique (Seraphica (38) fræna dum tractat manus,)
Turbine citatæ flammeô volucres rotæ,

Ruti-

Rutilæq; flatu naris ardentes equi,
Rapuêre ſurſum, Veris in Eoi (39) nemus.

Eliſæi, filii Saphat, tutores Angeli;

ſub ſpecie equorum, & curruum, igneorum.

4. Regum cap. 6. à v. 13.

Hos commodatò poſtmodum è cœlo datos,
Equósq; , curruúmq; flammivomas rotas,
Vati clienti, à vate Theſbæo, rear:
Dothâide quando utcunq; protectum casâ,
Angelica meliùs texit, hinc ala, hinc manus,
Eliſæum ; ab arvis, ſtudia traductum ad ſacra.
Hunc namq; , caſtris penitùs obſeſſum hoſticîs,
Tutum cruentæ cladis alipotens dedit
Acies: ab omni parte dum Senis hoſpitas
Obvallat ædes, ſtirpe meliorî ſatîs
Equîs, & equite, curruúmq; equeſtrium
Non eloquendâ copiâ; montis jugum,
Pedémq; , & omne collis herboſi latus,
Cingente flammis; ac truces Syrii minas
Exercitûs, à capitis exitio Sacri,
Vertere paratâ, Martis adverſi in caput.

Reditur ad Encomium Eliæ.

Sed nempe noſtra, herois à Saphatidæ
Lituis, ad altum redeat Eliam tuba.

Hunc

Hunc nemoris, auræ gracile quod perflat gelu,
Zephyríq; blandus mulcet Elysii tepor,
Tenet inquilinum longa jam ætatum mora.
Ibi (ſicut antè multus in flammis fuit
Impunè, facula (40) totus, ac vivax rogus,):
Ità nunc, & inter aëris (41) liquidos ſinus,
Animam Prophetes (42) penitùs innúbem (43) trahit:
Noſtræque quamvis Cereris (44) ignarus, tamen
Sibi congruentis alitur ambroſiâ (45) favi.
Miranda prorſus, hominis & fragili ſtatu
Res major; ac, ſi venia ſit verbis, Homo,
Jam pæne tunc *ſemideus* Elias fuit:
Terræ diu triviale Thesbææ (46) caput;
Sed Iſraëlis omnis immenſum jubar;
Carméli (47) alumnus; civis Eurorum, (48) ac Noti;
Moderator auræ; nubium, ſeu jam ſata
Pluviis egére, ſive fas tingi, (49) foret,
Metuendus agris arbiter; gravior tamen,
Horrendiórq;, Fulminum prætor (50) Reis:
Homo carne, (51) Genius (52) mente, cœlicolûm comes,
Cliens Tonantis, ac ſuburbanus (53) ſoli
Superi colonus, Candidatus (54) ſiderum;
Et, è propinquo, ſtabilis excubitor (55) Domûs,
Quam tremulæ Olympi mille diſpungunt facces, Am-

Ambítq; tractu rutilus empyriô nitor.
Atri ſolutus interim Lethi jugô;
Quoad, (56) propinquô pæne jam mũdi die
Supremô, in unam cuncta qui redigat pyram,
Etiam ipſe (57) cadet; ac, ſtratus ab Averni Ferâ, (58)
Caput Antichriſto, gloriam CHRISTO (59), dabit.

III.

Iſaiæ geſta, & oſtenta, Angelorum interventu miſta.

ROs eſt Olympi dives, & pluvia aurea,
Vir, abſolutæ norma virtutis; DEO
Jam nunc, priusquam Carnis emigret (60) casâ,
Hærere gnarus: nec futurorum minùs,
Quàm jam peractæ, clarus auguriô, (61) rei.

Iſaiæ nobilitas, ac ſublimitas.

In claſſe vehitur talium, non jam leves
Aditurus auras, aut cavas Zephyri domos,
(Ardea (62) velut ſublimis, ad Thesbês (63) aquas);
Sed in ipſa Regis adyta (64) Cœlicolûm intima,

Ruti-

Rutilúmq; lychnîs Flaminis-ſummi (65) tho-
lum.
Amóſe (66) Vates ortus Esâjas (67) patre;
Nec vile nomen, nec genus? Regum (68)
nepos
Davididárum; (69) nobilis (nequis, ſatum
Hunc plebe, credat,) frontis, (70) eloquii,
ſtyli: (71)
Evangeliſtes carne-velandi DEI, (72)
Ac Chriſtianô ſcelera dómituri jugô,
Moſaicus (73): &, quæ lyncei (74) eſt oculi nota,
Solymæus ipſe, germen & Eoi (75) ſoli;
Romana (76) tamen, ac gentium Braſili
maris,
Velut è Sione Móriæ (77) montem intuens,
Penetravit acie mentis illuſtri Sacra;
Ritúsque, & aras, & Deo relona Atria. (78)

Aſpectus throni, & templi Gloria.

Hísq; altiora. Nam Deum, ter-maximum,
Soliô (79) reclinem, júſque dicentem, locô,
Quò nullus unquam Solis aſcendit nitor,
Aſtríve celſioris (80) emicuit jubar,
Vidit. Sedentis indè ſub domino pede,
Sidera, (81) maritimas inſu'as, Alpes, nives,
Cunctúmq; latè Juris Æolii ſinum; (82)
Elementa, & omne mixtilis formæ *decus*, (83)
Quod promit ex ſe *Numen*, & *terrâ*, & *polô*:
Quæ

Quæ *glorioſa* cuncta ſunt *laudis* tubæ,
Quas promeretur orbis effector Deus.

Duo Seraphim, clamantes.

Hunc prædicabat, quidquid hujc rerum patri,
Sc procreanti, debet, & mutũ, & loquax (84):
Sed plenioris interim moduli ſonô,
Et Amoris æſtu, cuncta moderantis DEI
Laudes obibant, Orphei(85) Divûm, Angeli;
Cum, ardente vocum pulpiti-gemini (86) chorô,
Et hinc & indè flueret alternum melos: (87)
Quando Seraphicô(88)ter ſacrum, ter fulgidũ,
Ab ore Numen ſupera (89) perſonuit fora:
Cardinibus, inter hæc, penatûm adamantinis,
Aurôque rutilis regiæ valvis domûs, (90)
Ab inſolentis æmulô tonitrû Noti (91)
Trementibus; quaſsísque portarum ſeris.
At os Seraphicũ, balſami Zephyris(92)fluens,
Aures ſonô repiêrat, ac nebulâ domum.

Iſaiæ, ob ſilentium, luctus.

Heu me! (gemebat, vocis ignavæ reus,
Facundiæque deſidis, vates ſacer,) (93)
Heu me! quis hæc, tam fœda ſuppreſsô labra
Sermone, (94) pontus, ignis, aut aræ vapor
Sabæus, (95) ovium vel ſacer-cœlo (96) cruor,
Satìs expiabit? Egóne, muti oris Vigil,

Latra-

Latrare qui cùm debui, ſilui Canis;
Nunc, prædâ abactâ, fure dilapsô, querar?
Vitioſus ore, vitia quâ Satyrâ fugem?
Sator improbatus, unde probitatem ſeram?
Polluta (97) caſtos lingua cuj mores dabit?

Iſaiæ labia carbone vivô ex-piata.

In ſemet hæc, Amóſe dum genitus, (98) fremit;
Aquilónis alis, (99) ac rotis, pernicior
Seraphínus, aræ rapidus ad acerram (100) volat:
Fervénsq; & ipſe fervidum prunæ (101) rapit
Ex igne (102) ſacro, non manu, ſed forcipis
Uncô miniſtræ, calculum: raptô, redit;
Eôque, largâ luce flammivomo, (velut
Solis pyrópo, (103) jubare cùm Eoo (104) tremit,)
Hiantis avida Vatis attingit labra:
Attacta, nullis ignium fœdat notis;
Sinè puſtulis, adurit; &, monſtrô novô!
Vis ſicca prunæ, Rhetorem fluidum facit.
Hinc illud ergò grande tot Vatum caput; (105)
Hinc illa priſcæ (106) ſacra doctrinæ tuba:
Quæ, noſtra quoque nunc templa de Cathedris replens,
Sacra Chriſtianæ plebis exhilarat fora. (107)

Igni-

Ignitus hoc Lapillus (108) Eſajæ dedit;
Ut ſolus unus omnium cœtûs-ſacri
Tonantis augur, décoris emeriti locum,
Superi Senatûs cuncta per vota ac pedes (109),
Illo Seraphicæ caperet urnæ (110) Calculô.
Hic prima tanto tribuit, ad decus hoc, Viro
Sententiarum, lege rata, (111) Suffragia.

IV.

Ezechielis Prophetæ, cum Spiritu, & Angelis, familiaritas, & occupatio.

Ezechieli cœlibatus utilis.

A *Móſis* iſthæc filio, (112) Superûm (113) manus,
Mentésq; Vatum contulêre Inſignia;
Ezecchielis interim curâ parî: (114)
Propiore quippe ſemper Aſtricolis gradu
Seſe applicantis; plúsq; tunc, ex quo thori eſt
Pédicis ſolutus, ac ſtolæ-ſociæ (115) inſtitis.
Hinc namq; ſoli Spiritûs-ſummi jugô, (116)
Monitísq; Divûm, fata dictantûm, caput,
Oculos, (117) & aures, ac piæ mentis ſinum,
Subſtravit; exſors omnis Hymenææ (118) facis.
Novus ergò mentis ille præſagæ Vigor,
Nuptæ diremptus lubricô formæ vitrô, (119)

(Tan-

(Tantum à Muliere, celsa meditanti, moræ
est!)
Phengíte (120) quovis, Archimedæô (121)
aut globô,
Speculóve Procli, (122) clariùs lucem bibens;
Penetravit illuc, IRE quò paucis datum est;
Et quò nec ipse semper extulerat gradum,
Sibi dum relictus Oculus in terris stetit.

Ezechielis visio Solii DEI.

At, à Prophetæ mente detersô lutô, (123)
Vi perspicace, terra, Sol, stellæ, freta,
Inspecta, Mundi mole cum volubili,
Homine satum (124) vexêre, cœligenûm
sotis,
Et impetu, trans limen Eurorum, ac Notos;
(125)
Suprà Bootæ (126) plaustra, & Orionis (127)
domum, (128)
Et astra cuncta; lucidum patulis DEI
Caput inferentem laribus. Hôc vates gradu,
Tam luminosô, pariter arcanos Poli
Subiit penates: vidit Empyrias domos,
Soliúmq; summi Regis, electrô nitens, (129)
Auríq; radiis, quale cœli-Hermus (130) vehit;
Ac lampadum, Solísque, multiplici face,
Crystallinóq; fulgurans laquear tholô: (131)
Tectum Sedilis, quale sapphirô (132) putes
Ductum, & cavatum dædali (133) dextrâ fabri;

Ac,

Ac, mille pictam roris ætherii (134) notis,
Irim, Tonantis omne quâ Soliũ micat.(135)

Visio septem Spirituum, Quatuor animalium, & Currûs gloriæ.

Lustravit idem vigile septenos (136) DEO
Statione fidos Spiritus; &, bis duûm (137)
Animantium, sub axe, fulmineum impetũ;
Pompâq; currum ardente formidabilẽ. (138)
Vidit, Ferarum (139) corpus alatum, & pedes,
Cum brachiis: &, intus oculata, ac forìs,
(Jubare quæ & ipsum Solis æquarent jubar)
Corpora rotarum. (140) Namque Viventes
Rotas,
Volucrésq; radios, vidit: &, rapidô quidem
Circumfluentes igne, sed mirô, Rotas,
Suæmet agiles intus à Vitæ impetu,
Raptas in orbem mille gyrorum viis;
In semetipsam vorticosâ Spiritûs
Redeunte, móxque rursus aversâ, orbitâ. (141)
Audiit at idem, fusa Cœlicolûm sonô,
Raucis tonitrua mista Neptuni (142) minis;
BENEDICTA, (143) summi Sede de Prætorii,
GLORIA Tonantis! nivea quam nubes tegit,
Operítque, byssô texta nebuiarum, Stola.
(144)

Septua-

Septuaginta Seniorum Impietas, Ezechieli monstrata.

Audivit idem, nec tamen siccus genas,
Ab usque Chóbare(145)raptus ætheriâ manu
(146)
Solymarum (147) ad Ædem: (148) vidit, audivit; dedit
Audita, visa, cum fide canâ, (149) libris,
Portenta scelerum, Sacra quæ texit Stoa;(150)
Et, quæ sacri nefandus admisit Laris (151)
Habitator; ipse, Moysis in Cathedra (152) sedens,
Senatus, Ordo septies-denûm Virûm, (153)
Factus lupanar; cultor, & saxi, & feræ,
Et ligni, & auri, & quidquid est ficti Dei.
Veri fugatô hi Numinis cultu, sibi
Abominandô Numen, ac vitam, stuprô, (154)
(Idóla, vitæ cassa), jungebant. In hæc,
Venere furebant, quâ nec insanus suam
In fœminam Thrax, solibus vernîs, equus.
(155)
Dictu nefandum pariter, ac visu horridum
Parjetibus ipsis, unico exstructis Deo!
In Sanctitatis-arce, (156) quam Salomon, novum
Solymis Olympum, statuit, ac quoddam piis
Terrestre-cœlum, picta prostabant, necis
Diræ ministra, bruta; dentatæ feræ;

Et alia mille-Funerum (157) Vivaria:
Echenéis, (158) anguis, lutra, (159) crocodilus,
draco,
Alumna-Nili monſtra, PelusI (160) pavor;
Hominúmque quamvis damna, tamen unà
& Joves: (161)
Agménq; Divûm, quale ſub terræ cavô
Stygis aula, populo concolor paſcit ſuo.
His ergò Cœli-Regis, ac Solii, probris,
Spectante tam ingens, mente gemebundâ,
nefas
Ezecchiele, ſepties-deni Viri, (162)
Thus, genua, carmen, dona, votivas preces,
Palàm dicabant luce, Judæâ palàm;
Pietatis etiam palliô, ac titulis, opus
Rudi popello venditantes impium:
Multósq; perdi, grande ducentes lucrum.
Poſt hos, Virorum, Solis ad Eói (163) plagã,
Obverſa ſacris, aſpicit dorſa, hoſtiis: (164)

Mulieres, plangentes Adonidem,
Ezechieli oſtenſæ.

Alibi, calore Veneris incenſas Syræ, (165)
Nurus (166) Propheta caſtus Hebræas videt,
Operam pudendo Cypridis dantes proco,
(167)
Lacrymásq; cineri, Myrrha quas mater daret,
Aut ipſa, ſi rediret ad buſtum, ſuo
Cytheréa, (168) turpis concubina, Adonidi.

Proh!

Proh! grande probrum! Sacra, thus, lessum, choros,
Fieri, pavendâ Regis in Regum (169) domô!
A Sexu, (170) Abrámi se genus, castô Saræ
Prodisse gremiô, grande jactanti decus.
Dicetis has, vos posteri, Liæ (171) genus?
Rachélis (172) ánne? potiùs ánne Agaris (173) nurus?
Has credet aliquis Regis-astrorum (174) sacras
Quondam futuras, spatia post ævi stata,
Matres, & Avias, & graves Materteras;
Quarum Pudoris flore Messias ovet;
Huc provolutas, ut nigris (175) fierent Sacris
Juvenem, patris, (176) natæque (quod dictu nefas)
Incestuosô turpiter genitum thorô:
Ac, ne pudore vinceret patrium scelus,
Phœnissæ (177) & ipsum labe fœdatum lupæ?
(178)
Et tamen, aduiter tantus, ac Syriæ Paris,
(179)
Septi jugalis prædo, thalamorum latro,
Elicuit oculis flumen: at, quæso, quibus?
Adulterarum, ac pellicum obscæno gregi:
Id, quod pudendum maximè flenti, rear.
NON Lacryma turpem, Caussa sed lacrymæ, facit.

Virorum gementium, & ſignatorum, ſpectaculum.

Quantò ſed, ô! plus approbatâ nænia, (180)
Sibíq; poſthæc proſperô, mentis ſinum
Gemitu ſecabant, ſtirpis Abrahææ (181) Viri,
Ezecchielis, inter atratas licèt
Carbone (182) frontes, candidam meriti notam? (183)
Horum, Tonantis miſſus ex Aula Aliger,
Frontes ſeveras litteræ tinxit nigræ (184)
Hâc, quâ refertur Arbor Infelix, (185) notâ,
Et, quæ Salutis germen (186) aſſimulat Crucē.
Namque hi, nec alii, ſcelera damnabant ſoli,
Quod gens Sionis (187) calce verrebat reô.
Quos Sex proinde ſæva Geniorum (188) manus,
Ad inferendas tela geſtantûm neces,
Denuntiatæ ſtragis exſolvit minis:
Dum hæc inter, urbis impiæ farraginem,
Scelerum tenacem, (189) cædis exhaurit furor.

Pœnitentiæ neceſſitas.

Sic Lacrymarum rore pars melior (190) fluens,
Prævertit & cruoris & flammæ Lacum; (191)
Lacum, Gehennæ ſemper igniſluum fretô,
Et bullientis latice turgentem picis.

Hoc

Hoc omne Lugens populus evitat malum;
Vivis doloris expians Lethen (192) aquis.
Hanc Orbis, utinam, pejor etiamnum premat,
Superſtitem (193) ſalutis, à lapſu, viam!
NAM ſcelera, ſolæ Temporis (194) lymphæ eluunt;
ÆTERNITATIS, omnis eſt Lacryma irrita.
Aſt hi, chalybino (195) corda queis callô rigent,
Cautum retrahere ſceleris à trivio pedem,
Dedécoris aut arguere Juveniles dies, (196)
Annis jam adultis; nominant (197) INFANTIAM:
Ratíq;, Ludos eſſe Virtutem, ac Nuces,
Puerilium labore calcandas pedum,
At ſe, Gigantes; alta bellacem levant
In aſtra frontem; colla, detrectant jugum;
Scapulæ, refugiunt pondus; ac frænũ, tumor.
Subit ergò demum ſpiſſa, nec domitu levíz,
Fractúve facilis, cordis Indolentia; (198)
Ac, pœnitentis incapax mentis, ſilex. (199)

Obſtinatorum pœna, Inferi.

Hujc, occidentis indè ſub vitæ fugam,
Vitio immanentes, cordis è ſicci ſpecu,
Ad ſiccioris antra Phlegethontis (200) migrant,
In æſtuantes ignis æterni rogis

Ætnas, (201) vorace ſcelera quæ barathro
coquunt:
In Ditis (202) atra, tetra, Perſéphonæ (203)
focîs
Exuſta, loca; ſub ſtagna, quæ fluidus tamen
Aut Nullus uſquam, aut Serus, humectat la-
tex:
Ubi fine juxtà fletur, ac fructu, parî;
Adeóque, Nullo! Lacryma, dum exſtillat.
perit:
Iterúmq; ſe ſuômet è Nihilo novans.
Iterum, ter-iterum, rore dilapſo fugit;
Ac prius in æs, & ſaxa, quàm in guttam, coit.
LACUS ergò, nuſquam liquidus; & non
jam Palus,
Sed Ignis, Ignis, Ignis, (204) in noviſſima
(205)
Stagni lacunâ eſt: cujus in fundo, Dolor;
Sed nihil in Igne Lucis, (206) in ripa Spei eſt.

Gehennam, & damnatos, Ezechiel intuetur ſpiritu.

Hic ipſe vati viſus hujc (207) ſqualor loci
eſt.
Ibi (teſte, luctu-tetra qui Ditis (208) feri
Obivit arva, mentis (209) animoſo gradu,
Buziade (210) Vate) denſa Barbariæ vagæ,
Variíque quondam Solis (211) ad tractũ ſitæ,
Cadaveroſis buſta ſub tumulis jacent;

Quo-

Quorum ossa, vires, arma, bellorum furor,
Mundi fuêre flamma tunc; sed nunc, Cinis.
Heîc Impiorum castra, stationes, casæ; (212)
Heîc arma Lémurum, (213) signa, bellicrepæ
tubæ;
Populi jacebant, atq; populorum (214) juga,
Pharii (215) tyranni, Persici, (216) Medi, Scythæ; (217)
Reges Idúmês; (218) Arabes, ac Tyrii, Duces.
Dabat his cubile Vesta; (219) Vulcanus
(220) thorum;
Pulvinar, (221) enses; fulcra cervicũ, Pavor;
Soporis umbram, Noctis infernæ chaos;
Falsam quietem, dentis indomiti Draco;
Vermísque, (222) mentes nequiter-gestô anxias,
Proprii remorsu semper arrodens probri (223).
Ibi ronchus (224) est, perennè suspirãs dolor;
Libidinum fax, (225) semper-urens Tartarus.
(226)
DORMIRE quisquis lege tam durâ fugis;
Si quid sapis, dum tempus est, VIGILA tibi!

V.

Prophetæ Danielis, ac ſociorum ejus trium, cum Angelis familiaritas.

Danielis virginitas; & apud reges auctoritas.

E *Zecchiele*, mentis haud acie minor,
DANIEL, pudore major, ignarus facis,
(227)
Etiam maritæ: non, Bagoárum (228) aut Spori (229)
Ritu eviratum Perſicô, (230) ſexum gerens,
Thalamísve, vi negante genitivâ, imparem:
(231)
Reprimente ſed ſe ſponte (232) concubitûs fugâ,
Propter coronã, (233) flore quam niveô ſuis,
Ætheris in horto, nectet Integritas choris.
Cubilis expers Cyprii: (234) cuſtos tamen
Regum cubilis Bactrianorum; (235) & Sacræ (236)
Conſultus Aulæ; (237) clarus Arcani fide.
Idem tamen Tonantis ad Magni latus, (238)
Cœli Auris; Oculus Orbis; Os (239) ævi ſui.
Quantum hujc theatrum Sacra (240) Pennigerûm cohors,

Ad

Ad Susianum (241) nemus, & Assyrium (242)
Tigrim,
Rerum vagô colore visendum, dedit?

Quatuor Monarchiæ, pramonstratæ
somnianti Nabuchodonosori:
à Daniele explicata.

Indicibus Astris (Angelis, inquam, & Deo)
Cavi soporis grande, (243) sed in umbras
(244) onus
Suas relapsum, memore nec fixum notâ,
Daniel tyranno refricans Babylonio; (245)
Fugitiva retrotraxit, in vigilis caput, (246)
Simulacra noctis. Somnii vivâ fide,
Cœcíque nube cordis, in lucem erutâ;
Gnarâ futuri mente, vaticinô sonô,
Spissô implicatos sente labyrinthos scidit:
Orbísq; fata pariter & prisci & novi, (247)
Regúmq; castra, (248) robur, ac Fastos, canens;
Nabonassoræo (249) ab ense, Chaldæis (250)
gravî,
Et à Columbæ, (251) & Solis, (252) ac Capræ,
(253) jugis,
Romanæ ad usq; ferreos (254) Aquilæ pedes,
Imperia mundi, spatia Regnorum, & vices,
Digessit, usque ad Pacis æternæ (255) Ducem:
Cujus nec Orbi-summus (256) Imperium dies, (257)
Nec Vesper ullus claudet Imperii diem. (258)

Qui Fuerat, Eſt, idémq; Meſſias, Erit; (259)
Rex temporum, Rex omnis ævi, Immobilis.

Diverſæ beſtiæ, regum diverſorum Symbola, Danieli oſtenſa.

His paria Daniel alia, vir cœli (260) capax,
Gabrielis (261) eruditus, & comitis chori,
Didicit ab ore. Dira Perſarum omina,
Syriæq́;, & atræ Memphis, (262) ac Macetûm
(263) ducum;
Sed, fictâ atroces fronte, Bactrorum (264)
Feras
Præ ſe ferentûm: (265) monſtra, quæ torvîs
fugent
Oris figuris ipſa Capricorni (266) nigra
Portenta Tropicô; quin &, omnigenâ feræ
Pecudis refertam peſte, monſtriparam Afri-
cam: (267)
Monſtra ungue, dente, fronte, rictúque, &
ſonô,
Metuenda: quantò pejùs, amotô typô? (268)
NAM vera pictis graviùs exſternant malis.
Hîc Ultimi trux forma Darii (269) eſt, du-
ce (270)
Per amœna functi prata balantûm gregum;
Séque *Arjetem*, ſalace monſtrantis probrô;
Notha dum trecentis (271) ſtabula (272) pel-
licibus replet:

Sed

Sed præda factus advenæ Medus (273) Capro (274)
Aries, Pelaſgô (375) ſtratus à Cornu jacet:
Nec tam Macedonis (276) Regis hoſtili manu,
Quàm ſcelere Amici; purpurâ nondum ſuâ
Saturi, cruore ni ſimul tam nobili
Hanc inquinaret, regiæ princeps (277) necis.

Aliæ belluæ Danieli oſtenſæ: & in iis, Antichriſti protypon.

Is ergò Beſſi gladius, ac rabies, fuit,
Emathii at Hirci (278) fructus; ac, Medi è cute
Vervecis, (279) Auri vellus Aſiani: (280) jugo
Dum cedit Oriens Dorico. (281) Sed, non procùl
Arîete, Caprôq;, diſpares ſtabant feræ.
Nemorum, ferinâ pelle dum tegerent ſcelus,
Metus; at potitæ purpurâ (282), Mundi Tremor:
Leæna (283) Meda, Pardus (284) Hyrcanus, fame,
Gelûq; Scythicus urſus Arctoô, ferox: (285)
Dentéſq; ab ipſo mutuatus Cerbero. (286)
Poſtrema, cunctis tetrior monſtris, Fera,
Accola paludis Sus atrox Phlegethontiæ. (287)
Selecucidarum (288) ſtirpis hi proceres erant,
Macedûmque (289) creti gente, Lagæi (290) Duces;

Qui, dum Syriacæ (291) cydaris Imperio ſtudent
Sceptrum Canópi, (292) per thoros, (293) adnectere;
Scidêre Regna, per vagas belli vices:
Nunc Pace, nunc & Pacis ancipites fugâ.
In his furoris agmen Antiochus trahens:
Illuſtre Nomen (294) (nominis ſicuj ſat eſt,
Titulíque, lux,) Antiochus; at morum lues, (295)
Symbolicus Antichriſtus, (296) ac præcox (297) Nero:
Portentum, & Oſcen (298) omnis ad finem facis,
Sibi quâ ſupremum (299) mundus incendet rogum.
Hujus nefanda tigridis (300) è ſupero Ducce (301)
Dum ſcelera Daniel haurit; hôc eodem & necem
Doctore didicit, atq; feralem pyram. (302)

Divinum Solium ac tribunal; & Judicium ſupremum, oſtenſum.

Vix antè cœli ſteterat arx æquè patens;
Nec Olympus (303) aliquod majus ante oculos forum,
Aut ſtatuit, aut ſtaturus eſt, ævi ad fugam; (304)

Quàm,

Quàm, cùm per omnem Regiæ ſummæ(305) ambitum
Dignis comiti ô collocatis Sedibus,
Rex ille, decies mille millenis retrò
Æternitatis-omnis Auroris (306) prior,
Antiquus ille ſemper, ac ſemper Novus,
Rutili quieto ſedit in Solii ſinu,
Niveâ ſtolatus nebulâ, & Eoi (307) face
Lucidior Aſtri: (308) Luna cui cedat ſuî
Splendore lychni (309) candido; cedat ſuô
Et ipſe radio Solis auricomi nitor.
Hoc apparatu lucis incinctus Tonans,
Lux ipſe quamvis totus, omni Ortu prior,
Celsâ Curuli (310) ſedit, ætheriæ jubar
Spargente facis: & ipſe, pompam omnem vehens,
Currus flagrabat; (311) ære flammivomo minax
Strídebat axis; igne crepitabant Rotæ.
At è Sedentis fronte divinâ, ac genis,
Illísque melle Gratiæ fluidis labris, (312)
Non ſuetus ille viſus eſt patrii ſapor
Profluere ſenſûs, blandus aut oculi nitor;
Sed, qui Tonantis atra potiùs nubila
Referret, ac Tribunal, & pavidos Reos, (313)
Vultus; cruenti mixtus exitii minis.
Torrentis etenim more (quem Siculæ vocant)
Fornacis (314) antra, montis ubi vertex flagrat,
Et liquida calido ſaxa rivo exæſtuant)

Sic, profluente flammeo ſubtus vado,
Spargebat Ætnam dîa Majeſtas novam.
Hic Ignis etenim, lucis extremæ (315) Occidens,
Feralis Orbi ſubdet excidii facem;
Rapidóque Mundum turbine involvens reũ,
Uno ſceleſtos perdet, ac digno, rogô. (316)
Pereunto! quorum ſcelere nunc Mundus perit;
Antiochus, Antichriſtus, Impietas, Sathan!
Non ultor his, non tela, nec dextræ, malis
Poſſunt abeſſe vindices. Eſt, Eſt, DEUS;
Judex, & Actor: (317) Eſt Tribunalis rigor:
Sunt Corda, geſti gnara: ſunt Tabulæ, libri, (318)
Tacitíq; quondam facinoris claræ tubæ,
Teſtes fideles, lucidi, technis (319) procùl;
Sunt arma, flammæ, fulmen, (320) ac pœnæ Inferæ:
Sũt, præter hæc, armatus Imperii (321) Vigil,
Genii (322) potentes, tetrica ſceleratis manus; (323)
Siquando, niſi per ſæva, (324) vix Juri via eſt.
Hæc Regis omne ſtant ad obſequium, pede
Pennáque celeri ſemper intenta, Agmina;
Robuſta dextris; valida (325) multare; ac ſuis
Tam denſa Signis, numerus ut ſuperet notã.
A tot miniſtris arcis ætheriæ globis,
Non aula (326) demum Regis-Umbrarũ ruat?

Tan-

Tandem ergò cecidit: (327) ac, ſecuturis cadet
Profundiore ſæculis ſtrage; ut jacens,
Totôque ſemet obrutus, Phlegethon (328) gemat.

Interitus Antichriſti, prænuntiatus.

Collapſa porrò pariter, & Averno (329) data eſt,
Sathanæ nefanda (330) ſpuma, deformi Fera (331)
Metuenda rictu, dente vulnifica, & pedum
Armis (332) aduncis ſæva: nunc, furni cibus
Perennis, atri Ditis (333) immugit focis;
Plutoniíque (334) ſtridet è clibani verû.

Chriſtus conſtitutus Judex univerſorum.

Aſt alibi, ab utero genitus Ingeniti Patris, (335)
Ac Matre natus Veneris ignarâ, PUER; (336)
Æternitatis ſceptra cum Solio capit:
Prætórque Mundum Juris ad puteal (337) citans,
Et arma (338) lævâ, lauream dextrâ, gerens;
Bonis rependet Gloriam, flammam improbis.

Daniel

Daniel è diverſis Angelis futura diſcit.

Hæc, hísq; plura, ſera quæ Mundi nimis
Ætas fuiſſe vera, non nudâ Fide,
Rerum ſed ipsô docta ſucceſſu, ſciet,
Et, gravia quamvis, experimentis feret;
Daniel, ab ævo clauſa, fatorum Sacra
Alloquio, & uſu, didicit Aligerûm-ſcholæ.
(339)
In hac, magiſtri retulit eloquii decus,
Poſt Gabrielē, gentis Excubitor ſacræ, (340)
Priſcúlq; Tutor, Angelus, cœli-Ordinum
Dictator: arma cujus, ac nomen gerunt.
Adamante ductæ, & ære, Signorum Notæ;
Tria Vocibus, ſed Rebus immenſum mare,
Michaële digna verba; (341) QUIS, SICUT DEUS?
His conſonabat reliqua, ſollicitâ fide,
Michaële quatiens arma Signiferô, manus:
(242)
Genius, (343) Achivûm (344) Præſes, ac Macetûm (345) Domûs;
Soliíq; Cuſtos aliger Babylonii. (346)

Daniel, ab Angelis etiam incolumis ſervatus.

Talia Propheten (347) docuit Angelicus favor;

Gran-

Grandis quidem ille; minimus his viſus tamen,
Hujc ſi Futuri panderent Ævi mala:
Ni ſimùl eidem proprii quæſtum Boni,
Et ingruentis Lacheſis (348) aperirent fugã.
HUNC, cuj Ruinas-Orbis in calamum dabant,
Suâpte ruere clade, ducebant nefas.
HiC nempe Rectæ ſemper eſt Mentis tenor;
Periclitantem ſtrenuâ potiùs Manu,
Quàm blandientûm tegere Verborum ſtrue.
Pari, in Clientes, prorſus Angelicus ſuos
Achate (349) fulget candor. Et quidni, DEO
Gens fixa ſoli, fugiat infidam fidem?
COR Stabile rerum dura ſors examinat.
Tunc, Dextram Amicus, Verba Deſertor, dabunt.
Hinc certa Sociæ mentis, & fucô procùl,
In *luce* ponunt ſigna, Tenebroſi dies. (350)
Comitem ſerenũ, Veſper umbroſus probat;
Menſæq́; ditis (351) aſſeclam, conſors Fames.
Utriusq; ſortis ſenſit & Daniel vices;
Hujúsq; felix ille comitum ternio (352)

Tres pueri, in fornace Babylonica.

Hunc quippe, Regis inter Aſſyrii (353) minas,
Clibani (354) voracis undiq; obſeſſum pyrâ,
Demiſſus aſtris, numinis-formâ, (355) Puer,
(356)

Ze-

Zephyri, (357) camino qui flagranti influxe
rat,
Flatu, ac reflatu, roſcidô miſtis gelû,
Relevavit: ac, Fornacis, Ætnæô focô (358)
Exæſtuantis, lenè permulsô ſpecu,
Ardoris omni ſolvit & ſenſu & metu: (359)
Inadusta prorsùs corpora, intactas comas,
Incolume præſtãs Sericæ flamen (360) togæ:
Carnifice flammîs, inter hæc, cœtu obrutô.
(361)

Daniel in lacu leonum illæſus.

At triadis (362) hujus inclytum invictæ
ducem,
(Ceu robur animis acre ſubdentẽ piis, (363)
Ne ſocia, flammas verita, deficeret Fides)
Memori redonant aſtra, (364) Danielem,
vice.
Hunc quippe, ſua ne Mentium-medico
Salus,
Probéq; jactæ frugis, efflueret lucrum,
Avidæ jubati (365) pecoris eripiunt gulæ.
Non Caſus etenim, Vocis aut magicæ ca-
nor, (366)
Sed Orphcorum (367) dulcis aligerûm (368)
lyra,
Quoddámq; tacitum carmen, ac domitrix
manus,
Septem Leonum moris-inſueti famem

Retu-

Rætudêre; (369) mirô colla dũ stringũt jugô.
Babylonicô (370) ẽn! &, ante Babylonis minas,
Medô (371) Prophetes innocens clausus Lacu.
In Uno utrimq; , non semel, Vivariô (372)
Mille opperiri jussus est Heros neces: (373)
Et mille felix semper evasit neces;
Inhibente rabidi dentis Aligerô molas. (374)

Habacuc portatus, Danieli prandium apportans.

Hoc, grande quamvis, grande-vix Astris fuit:
Nisi nutriendi Vatis, (375) esurie gravi
Semínecis, ultrò sumerent curam Angeli;
Hominísq; sociæ (376) jungerent manui manum;
Portando alumnam, rebus extremis, opem.
QUID cœlô amicô fidius? testis Spei
Daniel, Deo suffultus; (377) & testis Rei
Habacúcus (378) esto, Bethlehemæi sacer
Agri colonus, atq; venturi (379) sciens
Interpres ævi: capitis abreptum comâ
Quem Genius (380) almus, Cereris è flavo (381) solo,
Campísq; Ephratês, (382) orbe Babylonis procùl
Raptum per auras, pénore (383) cum messorio,

Ad

Ad Tigridi miſtum (384) flumen Euphratis
tulit:
Babylonio quò pæne jam partim Lacu,
Partímq; inediæ tabe confectæ, fugam
Animæ Prophetes (385) ſiſteret; ſexto dapem
Jam Sole, ſextâ neſcientis Cynthiâ. (386)
Pranſus polentam, (387) deſtitit Daniel
mori.
TAM Magna Vita, pulte (388) tam Parvâ,
ſtetit!

VI.

Zachariæ Prophetæ lumina cœleſtia; Angelorum miniſteriis plena.

Zachariæ omnis generis vaticinia.

D*Anielis* Acta ſequitur, Annâli gradu,
Inter Prophetas, nomen indeptos idem,
(89)
Ingens, & ævi ſtabile, Zacharias (390) jubar;
Tuba veritatis, flexili vocem rotans
Ambage, varii vertebrâ tortam ſoni.
Hic, è Vidĕrûm (391) legis antiquæ choris,
Pompam Triumphi mille formarum trahit.
Ibi quippe magna, modica, cum minimis,
notes;

Ibi

Ibi rara, trita; fuſca ſimùl & candida:
Quæ tamen & ipſa, miſta ſic, Circum (392) decent.
NAM ſæpe Formam, menda quoq; formæ, parit;
Ac decolóris ſplendet oppoſitu Color. (393)
Ad ſummam! in orbe ſiquid elucet bŏni,
Ex Comparato lucet; ac pretium trahit.
Eſt generis hujus, omne Zachariæ forum,
Spectris (394) refertum myſticis; Genius (395) quibus
Divina paſſum (396) ſæpe replebat Virum:
Genius (397) (quod inter mira ſit,) gratâ vice,
Nunc Ætheris, nunc Vatis ætherii, incola. (398)

Zachariam alternis incolit Angelus;
eíq; mira monſtrat.

Scilicet, hic Heros (cultor exiguæ licèt,
Stipulâq; ſutæ, ſalicis aut virgis, caſæ,
Ac nuper exul, (399) víxq; jam tandem ſui
Dominus agelli, vix ſui tecti, (400) ac foci,
Sacri aula ſubitò factus eſt Spiraminis; (401)
Factus tribunal: (402) pæne ſacrifici (403) quoque,
Sedentis immo in corde, delubrum Angeli,
Illôq; ſacram (404) dantis ex adyto (405) Themin; (406)

Et

Et exeuntis indidem, vice dispare:
Utcunq;, vel manere penetrali in ſuo
Hunc vellet, aut ad ſupera revocaret Tonãs,
Mundíve rerum cura proliceret nova.
Id inuſitati ſuave commercI (407) genus
Quid aliud, oro, quid fuit? (timidè loquar)
Quàm, Totus hic in Angelo Vates morans;
In Vate totus Angelus? cujus duce
Propheta (408) digitô, cujus augurió ſoni,
Ad nitida noctis aſtra taciturnæ vigil;
Ad agile Triviæ (409) ſidus, ac fulvi jubar
Innúbe Perſei, (410) vidit enſiferô (411) novũ
Heróa cinctum balteô: nemoris nigri
In Valle (412) pronâ, denſa quæ myrtîs erat,
Dorsô ſedentem celeris, ex aſtris, Equi;
Puniceus omnem quem colorabat pilus,
Splendore vivæ tegetis oſtrinô (413) rubens.
(414)

Equi inter myrteta.

Hic (quisquis eſſet ille, ſidereâ volans
Cyllarus (415) ab arce, ſive Thesbitæ redux
Ab axe rapidô; ſeu rotis ab (416) Enochiis)
Ne Solitudo minueret (417) pompæ decus,
Equitum trahebat agmen, à tergo, recens;
Quod undequaq; fervidâ flueret face. (418)
Hæc, ceu rebelles alacris in cuneos flagrans,
Ad fœderatas turma properabat manus:
Militia ſonipes, (419) ocyor Circês (420)
equis: Pars,

Pars, pelle niveâ; pars, comâ ſpadiceâ; (421)
Pars, tincta coccô; (422) pars, & Hyrcani notis
Guttata pardi, (423) Volucris aut Getulicæ
(424)
Diſpuncta maculis. alius eſt aliis color.
Cornipede tota Vallis hinnibat (425) grege:
(426)
Simùl, inquietæ vapulans pulſu ungulæ,
Horrebat omne, fronde concuſsâ, nemus.
Hi Feciales (427) Orbis alipedes (428) erant;
Pacísque, per Telluris, ac Thetidis, (429)
plagas,
(Pacem tamen ſi Martis amor admitteret)
Frondibus Olivæ, (430) ſe ferebant auſpices:
(431)
Aut, ſæva ſiquis arma mallet, vindices.

Jeroſolymæ myſticæ dimenſio.

Alibi Propheta, mentis ad claræ facem,
Dum ſpatia terræ, nubium, flammæ, freti,
Obit Anima, (432) pérq; Temporum ſeriem
meat,
Quam Poſterorum ſerus implebit labor;
Plumbô graves, ac func, menſorem (433)
manus
Librare, notat. Haud ille de fabrûm tribu
Mortalium, ſed arcis Ætheriæ incola, (434)
Summi ſatelles Regis, ac præcox (435) novi
Vitruvius ævi; tecta Solymorum ſacra, (436)
Urbísq;

Urbísq; muros pictor in tabulam dabat.
Hic, (437) Christiani mensor oculatus
gregis,
Ecclesiæque, Solyma quam signat vetus,
Ducebat (438) ampla spatia: signabat locum;
Circôq; claudens Septa, Custodum quoque
Prælusa (439) madidâ valla rubricâ dabat;
Mœnia, Spei turrita magnanimæ Pharîs;
(440)
Vigilum aggeres; & Castra Cœlicolûm (441)
ærea.
Idem, novæ Urbis (442) vidit augustum
caput,
(Cœleste Numen); tegimen (443) arcis flam-
meum;
Murúmque, jugis igne vallatum pyræ. (444)

Religionis Christianæ in transmarinis propagatio; & Ecclesiæ concordia.

Prævidit idem Dorici (445) classes freti,
Et institorum, pelagus in Eoum, (446) vias:
Neque dispares, in pelagus Hesperiũ, (447)
rates (448);
Quæ margaritam, (449) Gangis (450) igno-
tam plagis,
Promptè erogarent; atq; pro lucrîs mala
Avidè (451) referrent; quippe melioris pretI
(452),

Quàm

Quàm lucra pelagi: quando, non timidè, ſuî
Sibi compararent clade Martyrii ſtolam.(453)
Ibi, Pacis almæ fœdus, ibi concors Hymen,(454)
Ibi nexus animi, nulla quem dictat Venus,
Alterna ſe Pietatis, ac ſanctæ dapis (455)
Ad Sacra citantûm; (456) quæ botrô fiunt Cypri,(457)
Ex vite (458) Chriſtô, cujus eſt palmes,(459) Petrus.
Hæc digna vate ſcena Barachidâ(460)fuit;
Nec Angelorum dedecens digitū(461) labor,
Monſtrante quô, Spectator(462) & plauſum dedit,
Et ipſe pretium grande, nova doctus, tulit.

Septem Oculi, Speculatores orbis.

Sub hæc, Vagorum-ſiderum numero(463) pares,
Oculi, gemellos Vatis ad ſe oculos trahunt. (464)
Hi, quidquid oriens cernit, ac moriens, dies;
Viſûs obibant, ſemper intentâ, fide.
Septem ſed Oculos præco(465) quos dixit ſacer;
Totidem fuiſſe gentis Angelicæ duces,
Barachiadẽ(466)edocuit Interpres Dei(467):

Dū, Circitores (468) Orbis, hos Genios vocat.

Quatuor Quadrigæ.

Sub hæc, ſtuporis cauſſa mox ſurgit nova.
Bis-duplice tractæ mole Quadriuges Rotæ.
(469)
Duplicis ab aditu montis æratô ruunt.
Totidem, covinum (470) quemq; raptantes,
Equi,
Sarráca (471) variô picta provolvunt jugô.
Hæc, omne ſiquis nôſſe, quod latuit, petat,
Quaterna fuerant flabra ventivolæ plagæ:
Et bina bis, ſub hiſce, cœli Flamina, (472)
Hoc eſt, Olympi *Paria Geniorum* duo,
Quæ vox Tonantis Regis, hinc terræ, hinc
maris,
Obire totidem juſſit anfractus, volant. (473)
Hæc ergò, volucri rapta Zephyrorum rotâ,
Cava, plena; celſa, preſſa; rus, ſylvas, aquas,
Alipede celeris drómade (474) pervolitant
viæ:
Luſtrántque, pro re diſpari, fas, ac nefas, (475)

Jeſus, ſacerdos magnus Jeroſolymorum;
Jeſu Chriſti figura.

Poſt illa, cœli digna populosô atrio,
Potiore Vati (476) ductor Angelicus face (477)
Monſtravit: ex quo, nocte jā peſſū datâ, (478)
Refulſit orbi lumen, (479) aſtrorum parens,

Lam-

Lampas Salutis, Chriſtus, *Orientis Viri* (480)
Radiô micans, ac voce (481) celebratus; novâ
Ter glorioſus purpurâ JESUS ovans:
Nequis negaret, Solis, & Chriſti, decus
In iſtud unum jurè tranſcribi Caput.
Stans namq; JESUS, talis eſt oculis datus
Vatis ſtupentis, (482) qualis exprimeret ty-
pum. (483)
Non iſte, qui nunc Homine veſtitur, DEUS;
Sed ille, ſummâ nitidus Aarónis mitrâ,
Iöſedéchi cretus illuſtri ſatu. (484)
Hic ergò, tantâ Flamẽ (485) oriundus domô,
Clarus Parentis inſulâ, (486) clarus Suâ (487)
Ac byſſinâ venerandus in Sacris togâ;
JESU, futuri Præſulis, (488) ſupero Patre,
Nympbæq; geniti flore, (489) præſultor fuit.
Utrique quippe Nomen ut par obtigit,
Sic, parte decoris haud inornatâ, quadrat
Æmula ſocietas: alter ut credi queat
Alterius Umbra; & alter alterius Nitor.

Utriuſque Jeſu, inter ſeſe, comparatio.

Qui namque Sacris jura Solymæis (490)
dedit,
Iiſdémq; thus ac lumen accendit (491) Sacris;
In Vatis (492) illo ſemet oſtentô novo
JESU Supremi (493) ſpecimen, ac formam,
ſtitit;

JESU, Laborum (494) pariter & campi (495)
& ducis;
JESU, ferentis, quam ſuis ſuaſit, (496) Crucē;
Palámq; celebri Solis Eoi (497) forô, (498)
Habitu Reorum, ſtantis, (499) infensô Se-
num, (500)
Olidæq; (501) cœtu gentis, ad iniqui pedes
Prætoris, (502) inter chlamydis (503) ac ſpinæ
(504) probra:
Nece donec obitâ, Gloriæ caperet Stolam.
(505)
Quod Nazarenus, mille (506) per caſus,
tulit,
Patientis omni functus officio Viri; (507)
Solymæus (508) hoc, in parte nonnullâ, velut
Umbræ videndum lineâ, JESUS dedit.
Nam Joſedécho natus, (509) in Fano (510)
ſtetit,
Michaële coràm, gentis Angelicæ duce.
Cauſſidicus illic improbæ litis, Sathan,
Ad crimen impudente ſe figens pede,
Caput arrigebat; labia laxabat, nigris
Spumoſa bullîs; ora Pontificis rea
Formidoloſis obruens Erebi (511) minis;
Plauſtriſq; ſcelerum mille fal orum premens.
Tonans, ſedebat prætor; (512) Antiſtes,
(513) nocens
Adſtabat, aris diſſonâ, ſordens (514) togâ.
Michaële ſed potenter objectum ſcelus
Eventilante, calculum evaſit nigrum. (515)

Hinc

Hinc abſoluto Pulla (518) detrahitur rea:
Sua (517) *Cydaris* (518) uncto (519) vertici, celſæ ſuus,
Auri coruſcus (520) laminâ, fronti decor;
Regis-Sacrorum (521) Titulus, ac gemmis nitens
RATIONIS illa pelta (522) pectoribus, redit.
Aarónis igitur, en genus! (523) nec non, fatum (524)
MARIÆ, jugalis Hymenis (525) ignarô, ſinu?
Utrumque JESUM, ac, jure Sacrorum, ſuâ
Utrumq; ſerie temporum, ſummô (526) inclytum:
Utrumque variæ ſortis agitatum fretô;
Sed Utrumque demum, turbido victo ſalô,
Portu potitum, læta quô regnat Quies:
JESUM, Tonantis germen, (527) ad Olympi Patre (528)
Revehente ſedem, ac dexterum (529) ſedis latus.
At Joſedéchi, non ſuus prolem (530) Sator (531)
(Jam morte (532) raptus) aſt, eô potentior,
Angelica (533) Sathanæ-manibus extorſit manus.

VII.

Utrique Tobiarum Angeli Raphaëlis beneficia saluti sunt.

Hæc ergò junxit vatibus (334) Genios (335) amor:
Genios, ab astris clausa dum Fata advehunt;
Vates, (336) dum in astra supplicem regerunt precem.
Nunc esto, post hos, aliquis & Mediis locus,
Quorum augurandi (337) munus, aut nullum, aut breve, (338)
Amoris usus magnus ætherii, fuit;
Magnum, Seraphicis (339) fœdus innexum choris.

Tobiæ Senioris patria, captivitas, in exilio pietas, & constantia.

Tobæus (340) ille, (Graja (341) quem, è Solymis, (342) schola,
Larium dirempta Septuaginta seris, (343)
Antiquitatis voce Tobitum (344) sonat;
At, cultiore, Roma TOBIAM vocat:)
Galilææ ab oris, (345) Nephthalæ generi datis, (346)
Raptus, sinistrô (347) ad usq; sublûtam Tigri,

Trium

Trium dierum Niniven grandem ambitu;
(548)
Vitam trahebat sorte, quâ Victi trahunt,
Utcunque (549)vinctam: liberæ mentis tamẽ
Firmô, Sacrísque Moysis affixo, gradu:
Hominum quidem tunc Servus; at, Dominus sui,
Domitórque, sensûs: Ergò, Libertus DEI.
PIA sed Coronam vita vix plenam capit;
Nisi, quam metalli more, per vim, per focos,
Rigidus Piorum-censor excoxit Dies. (550)
Sic est domandus, ut faces adamas (551) vomat;
Splendórque, duris tritus, ætatem ferat.
Hàc ergò nunc procedat in apricum, Senis
Invicta mens, constánsque Tobiæ vigor.
IN laude mores hi triumphali volant,
Quos adprobavit sortis improbitas DEO.
HAC sinè palæstra, pænè vel Virtus, probrum est.
Et hunc Virum ergò densa pulsârunt flagra; (552)
Stravêre nulla. Captus, abductus, surô
Extorris orbe; barbari tradux (553) soli:
Aliena totus interim quærens lucra;
Sua negligens; virtutis insistens viam, (554)
Rectíque studium; Regis (555) infensi minis
Quoties, latebrâ (556) tectus, eripuit caput;
Cæcæque flexu, funus evasit, fugæ?

Tobiæ ſenioris, in cæcitate, patientia.

Poſt cuncta tamen hæc, ut coruſcaret novâ,
Inter tenebras, Vita virtutum face;
Veſpillo (557) factus exulum, gentis ſuæ,
Cadaverum: dum tacita Libitinæ (558) ſacræ
Studioſus opera tractat, ad Lunæ jubar,
Et aſtra; volucrum (veris incepti (559) oſcinũ)
Et ſordidô perfuſus, & vivô, (560) lutô:
Orbatur oculis. Noctis Unius morâ,
Sic ipſe geminâ jubaris oppreſſus ſui,
Heu! nocte; quamvis, calle quô cœlum petat,
Et aſtra, quæ Spes monſtrat, aſpiciat: (561)
polum
Tamen, inter hæc, & ipſa, quibus ardet polus,
Non cernit Aſtra; luminum (562) Vitam alteram,
Illicia (563) cantûs blanda, mœſtitiæ (564)
fugam.
Gemit ergò, flénsq; luget, ac denſat preces;
Uxoriísq; os præbet immeritũ probris. (565)
Nec tamen arenam (566) ſortis hanc levæ,
ſatus
Nepthálide gente, (567) ſolus hic iniit pugil;
Staphylæ (568) ſacrilegâ (569) vapulans rixâ
ſuæ:

Furio-

Furioſa vanæ quando Tobiam Spei
Arguit; & ipſi, ſuaſit, irasci Deo. (570)

Sara, Raguelis filia: ab ancilla maledictis impetita.

Miremur hæc Heroa Veteranum pati?
At paria ſubiit, quæq; Mas fugeret, mala,
Etiam tenerior ſexus; (571) & ſexu quidem
(Quod jurè pejùs urat) à Simili-ſibi
Membrîs, ſed animô, ſtirpe, cenſu, diſpare.
(572)
SARA Virgo, Septem nupta, nec Septem minùs
Innupta, vicibus: quippe, genialem ad thorum (573)
Stygii (574) manu latronis oppreſſis reis,
Et in Aſmodæo Nemeſin (575) expertis, Viris.
Hinc, ad jugalis fœdus-Octavum thori,
Non Se, (576) ſed animum, Virgo jam deſponderat.
Hinc, criminantis inter hæc viduos heræ
Thalamos, maledicum ſenſit os pediſſequæ;
(577)
Improlis (578) *eſſe* juſſa, *nec tedæ capax*,
Dum ſylva piceas ferret; ac picea (579) *facem*,
Ad Sacra marita; dúmq; Sol mundo diem.
Hanc (famula nequam dixerat) *ſceleris tui*,
Septem-Virorum-Carnifex, pœnam feras!
Hoc Caſta probrum nympha, (ſeu tantæ rea

Stragis videri, ſive rivali locum
Sathanæ dediſſe, nollet,) ut par eſt, probâ,
Salvíq; floris, à nuru ferri, tulit;
Hoc eſt, dolens. Ut una de cœtu tamen
Prudente, (,80) totum virgo dedecoris lu-
tum
Abolere madidis ſatiùs eſt oculis rata;
Contentioſi quàm patrocinio (581) fori.
Spretis pröinde Talionis (582) legibus;
Aures Tonantis tridui-luctu obſidens
Inſomne precibus addit & trinoctium. (583)

Saræ, ac Tobiæ, preces ad Deum, efficaces.

DUO luctuoſis igitur in lacrymis erant;
Tobitus, atq; Virgo: (584) disjunctis qui-
dem
Hic, & illa, terrîs; mente ſed junctâ DEO.
Ecbátana (585) juxta, Virgo; Tobitus, citum
(586)
Ad Tigrim, & amplô Niniven tumidam ſitu:
Urbibus uterq; barbaris, cœlô aviîs. (587)
Medi (588) ſed auras orbis, ac nubes, ſolo
Superincubantes Aſſuris, (589) lacryma in-
nocens,
Sic Angelorum (590) vecta perrupit rotis;
(591)
Ut nemo fractâ mente dubitaret miſer,
Palsímne precibus eſſet, ac votis, locus?

Raphaël Archangelus, utrumq; relevaturus, mittitur.

Inter Dynastas, (592) eccè, sidereæ domûs,
Septemvirale (593) munus & Raphaël obit.
Horum (594) est, Monarchæ (595) tegere Supremi latus;
Oculósque, & animi sensa, plerisque (596) abdita,
Velut è stateræ lance, quò vergant Ducis
Imperia Summi, (597) mente non-tardâ assequi;
Omníq; ruptâ, jussa complecti, morâ. (598)
Is ergò, medicá (599) restituturus manu
Oculos, alicubi Virginis, probrum (600) impudens
Deflentis, alibi, Sole spoliati (601) Senis;
Descendit altô. Cura par ambos fovet.
Sed apertiore, præ Sara, curæ ambitu (602)
Hilaratur ægri mœsta Tobiæ domus.

S. Raphaël, nuntii personam gerens.

En! Genius, (603) habitu vestis ac vultû novô,
Et Azariam se ferens Ananiadem,
Ceu nundinali (604) Cursor accinctus viæ,
Aderat, Pedestrem se gerens rudiũ ducem.

Ecbátana, Medos, Bactra, (605) vel, quid-
quid foret
Ultrà citráq;, pollicebatur Seni:(606)
Velut omnis usu gnarus (607) Arctói(608)
soli.
Veridicus ergò sponsor, ac dignus fide,
Pretiôq; fidei, visus, in tam ingens iter;
Seni (609) probatur. Ninivâ dimittitur,
Patriis volans Tobæus auspiciis(610)Minor;
Meliore multò, quàm (611) Icarus, sub Dæ-
dalo.

S. Raphaëlis, & Tob: jun: iter in Mediam.

Ecbátana(612) pergunt, calle Tres unô:
Tigris
Vada læva (613) radunt, Angelus, Juvenis,
Canis. (614)
Abluitur amne Juvenis: abluti pedem
Minace Piscis ore furibundus petit;
Cuj temerè Pulcrô(615)nomen est à Nomine.
Resilit Ephébus: (616) clamat, (617) exa-
nimi rigens
Pallore. latrat, assidens Juveni, canis;
Fugitq;: nec, quam jussus est, affert opem.
Ferr hanc, vagæ citatus è ripæ sinu,
Alipede Raphaël properus ad Juvenẽ gradu.
Extrahitur amne piscis. Hic; *Homini Lupum*
Modò se minatus, jam, rei versâ rotâ,

Cœ-

Cœnantis Hominis ibit in fauces cibus;
Medicamen indè, ventris è fiſſi fibris,
Extísq; , (618) præbiturus. Occiſæ Feræ (619)
Pars, cœna fit: pars alia differtur, viæ
Repoſita longæ. Meda (620) ſic tandē plaga,
Et urbs, (621) ſubitur, exules in qua Saræ
Emptô Parentes hoſpitabantur lare. (622)

Diverſorium apud Raguelem: & Nuptiæ.

Favore Raguel (nomen hoc ingens (623) Saræ
Genitori, & animi non minor Virtus, erat)
Favore Raguel ſtirpis Iſaciæ (624), ſed &
Memore ſenis favore (625) Tobiæ, Senex
Illectus, ultrò prodit: (626) inopinum advenam,
Cum duce (627) viarum, nō priùs viſos ſibi,
Excipit; apertos irrigans lacrymâ ſinus.
Brachia jugantur brachiis: caſtæ genis
Genæ premuntur, lege, quam ſcribit pudor,
Et contribulis (628) ſtirpis agnatus (629) gradus.
Mox nuptialis pacta tractantur thori;
Ipſôq; (quis non ſtupeat?) Aligerô auſpice,
(630)
Thalàmi jugalis ſcribitur dos, ac fides:
Hymē, (631) cadenti fit die: lucent faces; (632)
Sed, Venere nullâ: quippe, quam, ſoçii (633)

Tantisper agere lateris accubitu, velit
Casti magister Angelus Trinoctii (634).
Raphaële leges dante, lex Cypridis (635)
vacat:
Precando (raris forsan Hymenæis (636)
priùs
Pictate tritâ, aut cognitâ,) noctes agunt:
Novámq; Amoris auspicandi (637) regulam
Sara, candidatô cum thori Juvene, (638) inchoat.
Quam siquis esse *Regulam-Juris*, neget;
Neget idem, eandem *Juris* esse *Injuriam*.

Asmodæi ejectio, & exilium.

Hæc inter, (igne, stridulis clausô focis,
(639)
Jecur, revulsum finibus (640) amnicolæ
lupi, (641)
Dum Sponsus (642) alibi concremat) Raphaël vigil
Vetat, Asmodæum suggredi thalami fores:
Simùl, altioris ense tremefactum manûs,
Ferrôq; nexum, &; manibus obnixum licèt,
Pedibúsq;, cava per Aëris raptum avehens,
In Insulam (sic lege poscente exulum)
Deportat, altis ejulantem quæstibus:
Illásq; Solis petere compellens plagas, (643)
Quæ vapidus illinc Auster, hinc torret dies;
(644)

The-

Thebaidos (645) hunc in extimæ trudit ſinus,
Ubi ſe Tabennæ (646) ſterilis Iſiacis (647) agris
Sociat Syéne; (648) haud Cereris, haud Bacchi, ferax.
Illa proinde ſede, cognatâ Stygi, (649)
Hærere, furere, frendere, eſt juſſus ſibi
Procus ille Dryadum (650), dúxq; capripedum, (651) Sathan.
Illic & hodie, credo, palatur; procùl
Aquilonis (652) oris, ac domô Raguclide: (653)
Quæ læta ſanctos, inter hæc, ducens choros,
Repotiorum (654) ſobriô madefit merô.

Negotiis confectîs, reducit Tobiam Jun: Angelus. Curatur Tobias Senior.

Raphaëlis indè cura pactam (655) explet viam:
Et, dum Saræ neonymphus, (656) ac ſoceris, vacat,
Vetus à Gabélo (657) nomen exactor petit;
Recipítq;, Genius: (658) ac redit. Poſt quæ, decem
Auctus talentis, (659) dote ſemiſſis (660) potens,
Pecorúmq; cenſu, patrios ſponſus (661) focos,
Patrémq;, repetit. Quò, ſimùl retulit pedem,

Ac

Ac réduce limen preſſit interius gradu;
Angelica gnatus juſsa, (662) pro juſſis Dei,
Oculósq; proprios Patris infra oculos, habens:
Eroſa, (663) piſcis felle depromptô, linit
Lumina, patríq; reddit ereptum diem,
Cœlíq; fructum. (664) Læta, flet (665) tenerùm domus;
Memorésq; meriti gratias, nunc, ut duci, (666)
Agit Azariæ (667): nunc ut & medicæ manûs
Multâ probato laude, Raphaëli. (668) Decus
Tamen, inter iſta, quis, rogo, palmarium
Primo negâſſit Lucis Auctori, DEO? (669)

Angelus in Cœlum redit.

Hinc Ninivâ (670) digreſſus, & Olympum (671) aliger
Repetens, Tonanti promit Actorum (672) fidem:
Pari triumphis efferens præconiô;
Inter tot Euri (673) regna, Phlegethonti (674) ſacra,
Unam tamen certare (675) vel Cœli-incolis,
Sara quam frequenter Una, Tobiæ duo, (676)
(Tres, genere ſimùl, ac mente, Phœnices) (677) domum.

Tobiæ Sen: & omnium verè piorum,
exitus latus, & canorus.

Erat ergò dives, ſoſpes, & ſancta, hæc trias:
Sed, ſicut Annis, ſic Bonis, gravior fuit
Senioris, omni décore palmiferi, manus;
Perenniúmq; meſſe meritorum, ſinus.
Cuj mundus ergò ſordet, is cœlo hæreat!
Erit iſte dives, inter & nullas opes:
Beatus, etiam cladibus: felix, malis:
Splendidus, ab ipſa, quâ latet, caligine.
Has inter umbras, luce Tobias carens,
(Sinè quâ, *QUID eſt hac vita, niſi Mortis ſoror?*)
Animi tamen retinuit arcanas opes:
Priscæq; luci redditus, clauſum diu,
Hilares in hymnos ſolvit os, clamans; *OPES*
QUID SUNT? quid illud omne, quô Mundus tumet?
Cinis, aura, fulgur, umbra, tinnitus, Nihil!
DEUS Unus, omnis punctus, (678) *& Circus,*
Boni eſt;
Æternitate ſe tenens adamantinâ.
Raphaëlis igitur, ſtirpe de Tobæide, (679)
Inter procellas exulis vitæ (680) horridas
Fluitante, crebrum, ſtabile, nec tritæ notæ,
Meritum, favórq;, fulſit. Ut, Piſcis feri
Præripere Juvenẽ rictui; (681) naſſis (682) thori
Eruere Stygiis, & probrô, nuptæ peplum;

(683) So-

Soceróq; Caſtæ, (684) reddere extinctum
Diem (685).

VIII.

Angeli vigilantiâ, Juditha Bethuliensis ſervatur, in Caſtris hoſtilibus, intacta.

Difficulter in Caſtris inviolatæ, quæ Formoſæ.

Hæc, magna quamvis, merita, ſuperantur tamen,
Bene calculum perita ſi ducat manus,
Teneri Pudoris gloriâ in tuto ſitâ.
Calionymi (686) quis facilè (violentô Tigrî
Violentioris piſcis) inſultum arceat?
Et hunc tamen, vel quemlibet fluidi lupum (687)
Regni, vel angues Africæ, ac Lernês (688) hydras,
Cane cum trifauce, (689) citiùs Alcides (690) domet;
Quàm mulier ulla, floris electi nitens
Specie, petulcum ſuperet, aut fallat, Virum;
Seu Caſtra, ſeu Lupanar, hujc furient jecur.

Niſi

Niſi Dominus cuſtodierit (pſal. 126. v. 1.) ut Juditham.

Has Caſta non impunè tranſiſſet faces
(691)
JUDITHA, ſexûs inclytum ſidus ſui:
Adhinnienti (692) ni manus Cupidini
Mira indidiſſet fræna Tutoris-DEI,
Dum militarem probibet à capta Cypria.
(693)

Obſidetur ab Holoferne Bethulia.

Bethuliam, ecce! (gentis, ac terræ, caput
Zabuloniæ, (694) munímen Iſacii (695) ſoli,
In hoſticáſq; pænè tunc Unam minas
Trojam, (696) Jacobi poſteris (697) ſuperſtitem)
Validâ premebat pubis (698) Aſſyriæ manû.
Ab uſq; Nini (699) bellicosâ regiâ
Miſſus, cruentâ ferior Holofernes tigri;
Tuba Mediæ (700) tremenda, Caucaſci (701) fragor (702)
Ætheris, & atrox gentibus fulmen Syris.
(703)
Quid plura? nati (704) Solis, & merſi fretô.
(705)
Mortalium, galcatus, in pugnis, tremor.

Egre-

Egreditur, & hosti se permittit, Judithæ.

Ad hunc, pavendum ferreis (706) etiam Viris,
Cyclopa (707) terræ, Thetidis (708) Erythrææ (709) Cacum (710);
Ne, prædo Syriæ (711) cæteræ, patriam (712) quoque
Penetraret urbem, gentis invigilans bono,
De nocte Mulier (713) prodit; ingenti prior (714)
Animô, gradúque, semet armis inferens:

Judithæ laudes.

JUDITHA, mille; in voce (715) vel nudâ, duces.
Hebræa nam tunc Una (716) pro toto fuit
Nurus Israële, gentis & Amazon (717) sacræ. (718)
Juditha, formæ pariter ac morum decus,
Teneris jam ab annis Palma Virginei chori:
Post hæc, jugali vincta, ceu Vitis, thoro,
At hôc, caduci morte præproperâ Viri,
Placidè soluta; germen assumpsit novum,
Thurifera facta suavè redolentis Sabæ (719)
Stirps, rore cœli fota; sub latebris licèt
Habitans, (720) in umbra penitùs occlusæ domûs,

Thus

Thus (721) ipſa demum effecta, ſoli ardens
DEO:
Cùm fugeret omnem, triſtis ut turtur, (722)
virum;
Amoris expers, víxque, vel ſexûs ſui
Non hoſtis ipſi durior certè Sibi,
Quàm fieret hoſti; propria ſubigebat piâ
Feritate membra. Namque, dum Venerem
fugat,
Artus, & oſſa, quidquid & veſtit cutis,
Tetricæ rigore mentis arctabat; ſtatis
In precibus, ore torridô, ſiccâ fame,
Telæ Ciliſſæ crine, fraxineô thorô, (723)
Vigilúmq; pugnâ (724) noctium, vitam a-
ſperans.
Et hæc, in alta lucis ac turbæ fugâ,
Juditha peragens, reliqua promebat foràs
Virtutis opera, quæ tegi, Vitium foret.

Quàm ſanctâ mente ad Holofernem egreſſa ſit Juditha.

Ut Tempori ſerviret, ac Patriæ bono,
Similis maritæ Vidua, ſe comptô gerens
Cultu Noëmam, (725) prodit. (728) Erumpit
ſuô,
Creditq; ſe, (729) non pavida, peregrino lari.
Capitur: &, ipsâ ſorte captivæ, ſuî
Liberior, intrat Caſtra; non, qualis ferè
Vaga Forma (730) cerni quærit in caſtris,
Virûm Pix,

Pix, gluten, ignis, ſuccinum, (731) magnes,
rubus;
Terédo (732) famæ, mentis, & opimæ rei:
(733)
Sed, quale turmas fulmen in equeſtres (734)
ruens,
Radii quod aſtrô raperet attonitos equos,
Oculos *Ducũ* feriret, & corda agminum. (735)

Periculi ab Holoferne magnitudo.

At, Cujus (ô, Sol alme!) vel, Qualis *Duris?*
Qui, totus inhians Ignis, (736) ac Mithræ,
Sacris,
Ignísque turpioris (737) auctori, deæ; (738)
Orientis omnes culcitras (739) pervaderet,
Ac Cypridis (740) ipſam traherer Auroram
(741) dolîs.
Quis dubitet ergò; Cujus, & Qualis, *Viri?*
Cujus ſubierit Mulier hæc (742) culmen *Ducis?*
Cujus palàm coluerit in caſtris fidem?
VIRI, per omne ſtercus (743) agitati: VIRI,
Mavortis (744) omne robur, & criſtæ (745)
decus,
Bruto (746) locantis in Dionês (747) impetu:
VIRI, Columbam, gentis Aſſyriæ notam,
(748)
Præ ſe ferentis, Martias inter tubas;

Olid-

Olido sed, intrà strata,(749)fungentis capro:
Qui, Lampsacéni(750)scurra ductorem gregis
Assuetus agere, Paridis (751) expleret vices:
Helenámque quavis faceret è Lucretia.(752)
Sed plura quisnam quærat hîc; Cujus Viri,
Ducis aut, periclitatus hic Flos (753)sit fidem?
HOLOFERNIS, ajo! cujus & solum, unicum,
Resonans in aure Nomen hircosum, queat
Pessum cor,etiam fortis Antiopæ,(754) dare;
Helenæq; labe (755) inficere Penelopês (758)
fidem.
IN hoc habebis, sancte castarum pudor,
(Nequid latere te sinam foveæ, (759)) lutũ,
Fóricam,(760) mephítin,(761) omnis impu-
ri SUIS.
Hunc, nulla fugiet(762) Thais: ac,fugiat licèt
Atalanta(763)virgo celeris,aut Daphne,(764)
pedis;
Nunquã integrâ pudoris effugiet stolâ. (765)
Ab hoc salácis archipiratâ(766) Cypri,
(767)
Naufragia castã certa Galatéam(768)manent.
Holofernis intrà lucidũ gemmâ,(769)face,
Ostróque, thalamum, messe (770) differtum
Rosæ,
Nimbóque tinctum balsami, tinctum croci;
(771)
Non tu cubile, nympha, (772) sed stabulum,
(773) teres:
Lupum agna, tigridem dama, patieris; nisi,

Dum.

Dum res ſinit, tempúsq;, diffugias. Tene,
Quod loquor; &, his habere ne monitis fidem
Cunctare. *Multas Tarda decepit fides.*

Holofernis tituli.

In hujus, ecce! quam ſubis, foſsâ luti,
Orientis hircum, Ninivês opicum (774) canẽ,
Babylonis urum, (775) Mænall ſaltûs (776)
aprum,
Stygis (777) Aſmodæũ, noctis in opaco feres:
Sed, réduce Sole, (778) ſerò (ſerò, eheu, nimis!)
Notum, (779) jubebis ire Furiarum (780) ad
thoros.
Milite ſub Uno, mille maculoſo ſtupris,
(Holoferne, dico,) Paphidis (781) illuvies
haræ,
Legióque Sathanæ decima, (782) ceu ſtabulô,
latet.
Quid fiet ergò, miſera? quid fiet? pedem
Si ferre pergas talis in latebram feræ? (783)

Geſta in tentorio Holofernis.

HOC fiet (inquit (784) illa), quod, ſalvô
queat
Ut décore fieri, Noctis haud egeat peplô; (785)
Nec erubeſcat, teſte vel populô, geri.
Hæc, ore pacta, (786) Mulier & rebus probat.

Miſcen-

Miſcentur oculi, verba, conſeſſus, locus
Soporis: Ipſe (Dux (787) ut optâſſet) ſopor,
Accubitus, & pulvínus, & latus, ac ſcelus,
Et quidquid ultrà labis eſt, haud ex pati
Miſcentur. Unus dormit; & vigilant Duæ.
(788)
Quieſcit is, (789) quem gurges obruerat
meri;
Virago, (790) contrà, ac Famula, præſenti
ſibi
Per cuncta mentis jubare vigilaces, agunt,
Quod res & hora monuit. Incisâ jacet
Cervice Dux, & enſe (quod magnum eſt!)
Suô,
Et Fœminæ (quod majus eſt!) charæ, manu.
Holofernis, etiam tunc adhuc torvum,
caput, (791)
Et ab hoſte palmam Mulier, atq; hymnum,
refert. (792)

Judithæ carmen euchariſticum; cum proteſtatione incontaminationis ſuæ.

Te, magne Superûm rector, ut gnarum omnium,
Tua famula (793) teſtor! Corpus, ad ſolum viæ
Agile laborem, mentis immotô ſtatu,
Tibíque ſoli deditum, me reddere. (794)

Hâc Carne (795) tectam, scis, Pater, gentem impiam (796)
Adîsse me; sed, patria retinentem Sacra.
LAUS grandis! Inter improbos vitæ tenor
Probus, & perennis, (797) crescit immensùm; ac, Dei
Munere, seipsam celsiùs Mundô levat:
Si, Pessimorum cincta mens laqueis, tamen
Sanctum Pudoris referat intacti sinum;
Volitétq; sursum, gentis Angelicæ sequax.
Talem, potentis me Monarchæ cœlitum
Umbóne (798) tectam, nec thori gnaram exteri,
Vias per omnes duxit illæsam Pudor:
Et, dux Pudoris, GENIUS, interpres Dei.
Egressa cœlebs urbis Hebrææ solô,
Cœlebs revertor: præstitit talem ANGELUS.
Holofernis audax castra penetravi: Ducem
Captiva cepi, (799) vocis illecebrâ meæ,
Formæque tractum glutinô. Placui: sed, hinc
Tamen abeo (800) casta. retulit (801) huc castam Angelus.
Inadusta sic, & carnis, & mentis, fovens
Ver, ac virétum; Veneris obtrivi faces. (802)
Hæc via, viæque ductor, ut portent, precor,
Me semper: ac, dum spiritús aurâ fruor,
Et, cùm frui desiero, gaudentem vehant
Cœlestis in Sionis aliquando atria!

Invi-

Invitatio Viraginum omnium, ad imitationem Juditha.

Bethuliànæ vòta quæ fuerant Nurûs,(803)
Ea Vestra quoque sint, Quotquot hujc sexu pares,
Ac lege sexûs, estis; estote & Via!
O,quàm nitet,quæcunque Judithæ premit,
Imitando, mentem casta mens; & pes, pedē!
Quæ sic cubilî prodit, & eódem redit,
Dum vivit; ut post fata se reddat Deo:
Hæc Angelorum vidua fit verè Soror.
Sin nupsit aliqua, legibus vivens thori,
Ne credat, hac se sorte neglectam Deo;
Aut, Cœlitum fugare Geniorum choros.
Prior ipsa potiùs prenset, ac propiùs sibi
Conciliet hos; ab arce quò remotiùs
Avellet hanc stellante,(804) telluris grave,
Carnísque, pondus. Pura cum puris agat,
Prece, corde, cultu; quáque sors Nuptæ sinet,
Imitetur hos. SI fueris Imitatrix, Amas;
Pulcríque Amoris, digna te, referes lucra.

Difficultatibus occurritur.

AT; sub maritæ (dixeris) vittæ (805) jugo
ANGELICA non est Vita! Si fingis nihil.
Si gemitus animum loquitur(806), ac nondum tibi est

ANGELICA ſatìs hîc Vita; ſit vitæ Gradus!
Sit hujus ergò prima nunc operis manus:
Angelicus, animi ſemper-Innocui, tenor.
Præſtiteris hunc, ſi calle te quôvis, duce
Viragine (807) hâc, præcedat excubitor PUDOR:
Si partiâre temet; hîc regno Heſperi, (808)
Ibi Phoſphori: (809) ſi, media terrarum, ac Poli,
Viro relinquas Corpus; at Mentem, Deo.
Vis nôſſe, quæ ſit FORTIS, (810) ac Pretii Sacri (811),
MULIER? Manaſſis iſtud è Vidua (812) ſcies.
NON eſt Virilis nupta, quæ Tota eſt Viri.

In Librum III.

Antiquitatum Angelicarum veteris Testamenti, Testimonia, & Observatiuncula,

I. (1) *Ad bella* Machabæorum *obiter delibanda.* (2) *Antiochi Epiphanis, Syriæ regis, duces, & diversos exercitus; superatos à Machabæis.* (3) *Machabæorum enim expeditiones,* συνολογικῶς, *primùm inciderunt in annum mundi 3888. ante Christi ortum 165. quo annô Mathathias, exemplô simul, & exhortatione suâ, belli Sacri classicum suis insonuit. Expeditio verò Sennacheribi, adversùs Ezechiam, ac domum Davidicam, accidit annô mundi 3322.* (4) *Davidica: cujus radix erat Jesse, Davidis pater.* (5) *Ex Assamonæa familia (cujus surculus erant Machabæi) descendentibus Domibus, fœminæ Davidicæ stirpis, & adeò, tribûs Judæ, innupserant: ut proinde Machabæides, seu, Assamonæa illa uxores, ceu membra ad tribum Levi ascitia, & ipsa coalescerent in unum quasi familiæ corpus, cum Davidicis simul & stirpe Levi. De qua controversia nonnihil egi in Ruina domûs Davidicæ, Decadis 3. par. 1. & juverit inspicere, quid in ann. mundi 3888. num. 21. nec non & anno Mundi 4017, num. 3. Epitom. fusioris, super*

hac re sentiat Jacobus Salianus. (6) *Thorus, & matrimonium, ex parte quidem patris, Levigenas, hoc est, Leviticæ propaginis posteros, progignens: cujusmodi describitur genealogia Mathathia* 1. *Mach. c.* 2. *à v.* 1. *ubi* Jóarib *ponitur in majoribus Mathathiæ & Machabæorum, qui revera Leviticæ fuit Tribûs, quippe,* Sacerdos: *ex parte verò matris,* Judígenas, *utpote eatenus, etiam è Davidicis; & consequenter, è Judæ quoque tribu oriundos.* (7) Judígena, *sicut Martigena, Junonigena, Trojugena,* Grajugena, Bojugena, *alienigena.* (8) *nisi namque Davidicam quoque cognationem, à lineâ matrum, ad se derivare Machabæi potuissent; aquè, ac Leviticam à lineâ patrum: non perinde facilè nepotes duo Simonis Machabæi, (filii* Joannis Hyrcani), *eorúmque masculâ posteritas, usque ad Herodem, Regnum Judææ, simúlque regium titulum, Pontificatui summo conjungere potuissent quò minùs Invasores, ac tyranni, vel eô solô titulô, haberentur.* (9) *Asserens, ostentans. Ità Virgil. lib.* 5. *de Bute.* — qui se, Bebryciâ, veniens, Amyci de gente, ferebat. (10) *Herodes enim, Assamonæorum extirpator, ac successor, maternô genere Idumæus, paternô Ascalonites, adeóque Philistæus, erat. quid ampliùs, quàm* Goliath? (11) *Cochleæ formâ, ductos gradus, & ascensũ, quis nescit, plerasq; magnificè structas, sublimésq;, turres habere? Et hæc igitur Pharos (hoc est, spectaculi Jambici locus editior) iis ne careto.* (12) *Prophetis.* (13)

Veris,

Veris, ac Florũ pratorúmq;, Dea. à gr. χλωρός, viridis. (14) *Montis, apibus valdè frequentati, in Sicilia.*

II. (15) *Eccl. cap. 48. v. 1.* Et surrexit Elias propheta, quasi *Ignis*: & verbum ipsius, quasi *facula*, ardebat. (16) Thesba *namq;, seu Thesbe, oppidum erat in transammana, in terra Galaaditide, inter terram Tob, & Jordanem: ante Elie tempora, nullâ (quam quidem nôrim) re memorabili nobilitatum. Ab hoc, Elias dictus est,* Thesbites. *Adrichom: vide, in trib: Gad, num. 47.* (17) *Etiam tunc jam, cùm in utero materno nativitatem suam ordiretur.* Cùm enim mater ejus esset in partûs angustiis; Sabac, Eliæ pater, sibi videre visus est viros complures, albis indutos; qui & Infantem salutare, & suaviari, & flammas jácere ad ubera materna, immò & Infantis ori, lactis ad instar, affundere, cernebantur. &c. *Jacobus Lobbetius, Leodiensis, S. J. in* Gloria Patriarcharum, *Quæstione Morali, de S. Dominico, §. 2. Residua vide, si vacat, apud ipsum Lobbetium.* (18) *Achabi, Jezabelis, Ochoziæ, Jorami. &c. Vide 3. reg. c. 18. à v. 18. cap. 21. à v. 27. Lib. 4. reg. c. 1. 2. Paral. c. 21. v. 12.* (19) *Pavit Eliam Deus principiô per* Corvos. *3. reg. c. 17. à v. 6.* (20) *Deinde, sustentavit illum exiguo oleô, & farinulâ, (quorum tamen utrumque Deus prodigiosè auxit) 3. reg. c. 17. à v. 12.* (21) Sarepta, (*alias &* Sarephtha) *vicus, aut oppidulũ fuit maritimũ, inter*

Tyrum, ac Sidonem: propiùs tamẽ Sidonem. (22) *Nam ſemel refectô Eliâ, ſub junipero deſerti; rediit Angelus refocillator, cum monitis, ad firmandas vires, ſubcineritiô pane, & aquâ in vaſe. 3. reg. c. 19.* (23) *Deſertum enim illud* (*putà, Pharanam,*) locus *erat* vaſtæ ſolitudinis, *ut loquitur l. Deuteron. c. 32. v. 10.* (24) Ador, *farris genus, ex quo in immolationibus*, adorantium *Numen*, mola ſalſa *fiebat. Apud veteres autem Hebræos, & Orientales homines, in uſu erat, ſub cinere coctus*, Panis ſubcincritius, illam ſpontè ſatos adoris ſtraviſſe maniplos. *Uganius lib. 2.* (25) *Nec enim ibi fons erat, aut rivus &c. ſed* aqua, in vaſe, *ab Angelo adportata* aliunde. (26) *De ſolitudine* Pharan, *dictum lib. 2. pluſquam ſemel. Hæc, ſi viam habuiſſet expeditam, non indiguiſſet indice via prodigioſo, videlicet Angelô, præceſſore in columna nubis, & ignis.* (27) Sinai *mons*, biceps *eſt, ab uno montis pede, caput alterum*, Sina, *per antonomaſiam dicitur: alterum verò*, Horeb, *aut* Oreb. *Felicem Fabri vide, hodœporici parte 2.* Ambulavit Elias in fortitudine cibi illius (*panis, & aquæ,*) uſque ad montem DEI Horeb. *3. reg. 19. v. 8.* (28) *Minata namque mortem Eliæ fuerat*, inevitabilem, *Jezabel; & hoſtis, &, quam humanitus haud effugiſſet ille, regina.* An neſcis, longas Regibus eſſe manus? (*V. 3. reg. v. 19. à c. 1.*) (29) *Duxit enim Achab, rex Samaritæ, uxorem Jezabel, filiam Ethbaal, regis Sidoniorum, culiricem*

cem

tem Baal, falsi Dei, 3. reg. c. 16. v. 31. (30) *Locus tutus,* inviolabilis, *sacrosancti refugii.* (31) Aliger: *quod poëtis est,* Angelus. (32) *Tanto enim tempore cibi potionisque fuit expers; quantô quondam & Moyses. Exodi 34. v. 28.* (33) *De* Elia *namque dicit liber 3. reg. c. 19. v. 8.* Ambulavit in fort. cib. ill. 40. dieb. & 40. noctibus. (34) *Annorum, & saculorum; quæ fastis conduntur, & ordinantur. Evoluti quippe sunt, ab anno mundi 3127 (quo sic refectus Elias est ab Angelo), usq; ad præsentem hunc Christi 1667. anni 2593. insistendo chronotaxi Salianæ.* (35) *Enóchus namque translatus in paradisum fuit, annô mundi 987. Elias verò, an. mu. 3139.* (36) *Super* du[illegible] *enim* Quinquagenarios *ductores, eorúmque milites, evocavit è cœlo Ignem, & interitum. Vide cap. 1. libri 4. reg.* (37) *Quem ipse bovem Deo sacrificârat, coram Achabo rege, & omni populo, confundendis pseudoprophetis Jezabelis: hunc,* ad Eliæ preces, *flamma, de cœlo lapsa, consumpsit, 3. reg. 18.* (38) *Angelica* species *præcipua, ponitur pro* genere. (39) *In Paradisi, semper floridum, & Orientalem, hortum. de quo dictum, & adnotatum, lib. 1. hujus operis.* (40) Elias, quasi *Ignis*, & verbum illius, quasi *facula,* ardebat. *suprà, ex Eccl. 48. c.* (41) *Sunt enim, qui, Eliam & Enochum, opinentur, in amœna quapiam aëris puri regione mirabiliter, ac tranquillissimè, degere: tanquam in subdiali paradiso; divinitus, & melius, quàm Babyloniorum*

niorum horti fuerant, ſuſpenſo. Vide tamen Salian. in Mundi diem 3. & ann. mun. 967. n. 5. & 6. & in ann. mun. 3139. (42) *Elias.* (43) *Suppono enim, è Sententia illius* (*de Paradiſo* aërio) *auctorum opinione ; aëris illam regionem puriſſimam, ſupra nubes omnes elevatã eſſe.* (44) *Panis, frugúmque : quarum inventrix exiſtimabatur fuiſſe Ceres.* (45) *Cibô Divorum, hoc eſt, utcunque cœleſti, & ab Angelis factô, procuratôque ; ſicut olim &* manna *fuerat. De* ambroſia, *notavi lib. 2. hujus operis.* (46) *Diu priùs Elias extra publicã hominum notitiam poſitus, & unus è vulgo ;* Prophetes *repentè emerſit. 3. reg. c. 17. v. 1.* (47) *Illic enim plurimùm, cum filiis prophetarum, aſcetarum more vi*[illegible]*que, habitavit. Eſt autem* Carmélus, *hôc locô, mons ille, qui imminet mari Phœnicio, in extremitate Galilæa occidentalis: non ille mons, & ſaltus, in terra tribûs Judæ ; aliter, etiã* Charmel *dictus.* (48) Ventorum *generatim : quorum hîc duo duntaxat nominantur : orientalis videlicet, & meridianus.* (49) *Sive utile foret, terram comprui ; ſive, pro gloria Juſtitiâque Dei, ſiccam perſtare. Huc illa* S. *Jacobi apoſtoli cap. 5. verba pertinent :* Elias, * oratione oravit, ut non pluceret ſuper terram : & non pluit. * & rurſum oravit ; & cœlum dedit pluviam : & terra dedit fructum ſuum. *v. 17. & 18.* (50) *Cujuſmodi fœminum præſidem & antiſtitem, ſeſe præbuit, ergà*

it, erga duos illos, immò tres, Quinquagenarios, & eorum milites: duobus flammam immittendo, ceu obstinatè superbis, ac malis; tertio verò, supplici flentíque, parcendo. (51) S. *Jacobus, epist. cap. 5. v. 17.* Elias, Homo erat, Similis nobis, passibilis. (52) *Angelus: non* naturâ (*sicut quidam, sed perperam, existimârunt fuisse Malachiã*) *sed certè* imitatione *puræ vitæ, &c.* (53) Suburbium *enim quodammodo cœlestium orbium, & supernæ civitatis Jerusalem, est Locus ille sublimis; in quo degunt Enoch, & Elias, ceu* coloni, *hoc est,* ἔνοικοι, incolentes, *& inhabitantes illum.* (54) *Immò,* designatus, *jam ab æterno ævo, cœli municeps, & incola futurus arcis atque urbis empyriæ. Sicut* Candidatus *consulatûs, præturæ, Romanæ civitatis &c. Porrò,* togis albis *amicti, incedebãt* Candidati (*seu petitores magistratuum*): *& indè nomen illis.* Elias *quoque* melóte, *coloris ejusdem, vestitus incedebat.* (55) *Quasi custos, & prætorianus vigil Cœli, in hujus vestibulo.* (56) *Propemodum occasuro jam mundô, supremíque Incendii flammis vicinô: hoc est, tempore detestabilis Antichristi.* (57) *Unà cum Enoch interficiendus, ob tutelam gloriæ Christi Jesu, Nazareni: Apocalyp. XI. à v. 1. usque ad 14.* (58) Belluâ infernali, *hoc est,* Antichristo: *qui, citatô cap. XI. Apocalypsis versu 7. dicitur* Bestia, ascendens de Abysso: *quasi ipse, & Lucifer* πρωτοδιάβολος, *unum*

 aliquod

aliquod compositum, & mundi monstrum, efficiant. Hæc Bestia occidet eos (Enóchum, & Eliam) inquit porrò sacer Scriptor, cit. Apocal. XI. v. 7. Et corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnæ, (Jerusalem) *v. 8.* (59) Martyriô. *Sic enim & de martyrio S. Petri loquitur S. Joannes Evangel: 21. v. 19.* Hoc autem dixit (*Dominus Jesus*) significans, qua morte clarificaturus (*glorificaturus*) esset Deum.

III. (60) *Ascetæ dicunt: Antè, quàm* carnis ergastulô solvantur. *De corpore quoque nostro mortali, corruptibilique, loquens S. Paulus 2. Corinth. 5. v. 1.* Scimus (*ait*) quoniam si terrestris Domus nostra hujus habitationis dissolvatur; quòd ædificationem ex Deo habemus. &c. (61) *Sub* prophetiam *enim & ea cadunt, quæ* fient, *ac facta nondum sunt; & ea, quæ facta quidem, sed omnibus hominibus, & creaturis pueris aliis, abstrusa, & ἀγνώστα, (incognoscibilia) sunt; ac soli Deo reservata: ut sunt Cogitationes, & cordium consilia decretáque arcanissima, etiam jam præterita.* (62) *Impendente tempestate graviore, aves ardeæ, relictis lacubus ac fluminibus, in altissimum aëria regionis tractum evolant; etiam ipsas supra fulminiparas nubes: ut docent, Petrus Sanchez, de regno Dei: & Ulyss. Aldrovand, ornithologiæ lib. 20. §. De natura &c. ardearum.* (63) *Haud ità procul* Thesbâ, *meridiem versùs, Torrens, ab Ortu è*

rupi-

rupibus Arnónis erumpens, decurrit in Jordanem. Vide Adrichomii tabulam tribûs Gad. num. 46. (64) ἄδυτον, Locus arcanior ; penetrale, non cujvis penetrandum. (65) Spiritûs Sancti lucidissimum templum, aut Sacrarium. (66) Isaias, filius Amos. Is. c. 1. v. 1. (67) Isaias, vel Esaias Latinè, græcè scribitur Luca 3. v. 4. Ἡσαΐας; quod latinè vertendum foret Hesaías. Serviendum est autem hîc quoque, quoad ejus fieri potest, utriusque linguæ consuetudini. (68) S. Isaiam, regi Manassi (à quo serrâ demum crudelissimè per medium dissectus fuit) cognatione propinquâ, & fortassis, ut patruelem, fuisse connexum ; erues è Saliani quoque gemino loco: in annum mun. 3340. epitomæ majoris. num. 6. Vide & Cornel. initiô Comment. in Isaiam, & Prolegom. (69) Non enim regibus Samaritícis, seu Israëlis, sed Judæ, ac scilicet, Davide oriundis, cognatus erat Isaias. (70) Isaiæ venerandam effigiem, reperies initiô Commentariorum in Isa. apud Cornel. à Lapide. (71) De hoc, ut verè generosum regiúmque quiddam spirante, honorificè cumprimis disserere solebat, Hebraicè Græcéq; doctissimus Theologus, P. Georgius Holzhay, in suis super Isaiam expositionibus : quas & ego, ex ore ejus, audiror excepi : gratéque semper recolo. (72) Isaias Christum, multò pòst incarnandum, perinde vivaciter, & expressè, tanquam jam natum, ac passum, non tam vaticinabatur, quàm

εὐαγγελιζόμενος, *annuntiabat. lege cap. 53. & alia compluria.* (73) *Cùm tam liquidò de Jesu Christo scriberet Isaias, ac loqueretur: ipse tamen interea propheta Testamenti veteris, & adhuc Mosaicâ sub lege positus erat.* (74) *Adjectivum, à lynx, yncis: quod est animal è cervariorum genere luporum, acutissimis praeditum luminibus.* (75) *Orientalis terra. Jerosolyma namque, respectu nostrî, in Oriente sita est.* (76) *Roma contrà, respectu Jerosolymitarum, in Occidente; & Brasilia, multò magìs: utpote, trans Atlanticum Occidui Solis Oceanum posita. Et Romanorum tamen, & Americanorum, conversionem ad Christi sacra, prævidit animô Isaias; &, generatim saltem, prædixit oraculô.* (77) *Duo Jerosolymis celebriores erant montes*: Sion; *de quo passim omnes loquuntur Scripturæ sacræ*: & Mória, *in quo Templum Salomonicum; de quo monte habes l. 2. Paralip. c. 3. v. 1. Etsi, propter contiguum quondam utriusque montis situm, etiam* Mória *reperiatur* Siónis *appellatione honestatus.* (78) *Psalm. 99. v. 4.* Introite portas ejus (*Dei scil.*) in confessione: Atria ejus in hymnis confitemini illi. (79) *Isaiæ cap. 6. v. 1.* Vidi Dominum, sedentem super Solium excelsum, & elevatum. &c. (80) *Sunt enim & supra Solem (ordinè, inter planetas, mediô collocatum situ,) planeta tres,*

locô

locô sublimiores : *& super hos, insuper stellarum castra, legionésq;* Firmamentum, *atq; cœlum* ἀίϛροφόρον *octavum* : *nec ullius tamen astri splendor pertingit ad sedem Dei.* (81) *Hoc sibi volunt & Beati Petri Damiani Cardinalis verba, de Gloria cœlesti Sanctorum.* Solem, Lunam, & globosa, cum planetis, sidera. *Et Isaiæ illa, cap. 33. v. 17.* Regem in decóre suo videbunt oculi ejus (*hominis, beatitudine cœlesti jam fruentis*); cernent Terram de longè. (82) *Omnem aëris regionem: in qua Venti; quorum habere imperium credebatur Æolus.* (83) Corpora mixta, è *Quatuor elementis composita, Et hæc continentur illo laudis divinæ hymno Seraphico, cit. c. 6. Isæ, v. 3.* Plena est omnis terra *Gloriâ* ejus. (84) *Cœlum nempe, ac terra: &, quæ in eis erant, etiam bruta, & animâ, sensu, voce, carentia.* (85) *Phonasci, seu Musici, cœlestes.* (86) *Erant enim duo Seraphini, exadversum invicem stantes, ac modulantes: ut in Choris Ecclesiasticis hodie repræsentatur hæc* ἀντιφωνία. (87) *Cantilena,* μέλος, τὸ, *poëtis etiam Latinis in usu. Persius prologô.* Cantare credas Pegaseium melos. (88) *Ex Angelico duorum Seraphinorum gutture.* (89) *Cœli amplissima spatia.* (90) *De hoc ita Sacer ait textus. Isaiæ 6. versu 4.* Et commota sunt superliminaria cardinum, à voce clamantis

(Sera-

(*Seraphini*): & Domus repleta est, &c.(91) *Ab impetu sonitûs*, tanquam Spiritûs (*venti*) vehementis: *ùti postea factum est in cœnaculo montis* Sion, *die Pentecostês. Sermo porrò hîc est de Domo Dei cœlesti, seu Templô empyriô.*(92) *Ventulis amœnis: quales Favoniorum sunt, hortos vernos perflantium.* (93) *S. Isaias: qui seipsum coram majestate Divina incusavit.*(94) *Isaiæ.6. v.5.* Væ mihi, quia tacui! quia vir pollutis labiis ego sum:& in medio populi, polluta labia habentis, ego habito. (95) *Thuris: quod in Arabia Sabæa gignitur.* (96) *Sanguis enim victimarum, Deo, non homini, profunditur, & offertur: in recognitionem supremi ejus in nos dominii, &c.* (97) Quia Vir, pollutus labiîs, ego sum. *Isa.6. v.5. suprà.* (98) *Isaias propheta, filius Amos. suprà.* (99) *Hujus venti* (Septentrionalis) *celerrimus, & impetuosissimus, est flatus.* (100) Acerram, *alii vocant* arculam, *in quam thus reponitur: alii* pateram, *in qua libatur: alii demum*, aram, *in qua odores pro Inferiis prostant. Hîc*, Acerra *pro* altari, *vel repositoriô, aut thuribulô, quod ad, aut super, altare est, sumitur. Sacer textus hæc habet.* Et volavit ad me unus de Seraphim; & in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari. *v. 6. cap. 6. Isaiæ.* (101) Prunæ vivæ. *nam, accommodatè ad consuetudinem humanam*, forcipe *illam prehendit, ac rapuit; non usurus instrumentô tali, pro rapienda prunâ* extinctâ. *Vivus igitur carbo*

carbo fuit. Versio latina Calculum vocat. Graeci 70. τ ἄνθρακα. (102) Igne Sancto, (altaris videlicet) juxta ea, quæ superiùs dixi, in hujus 2. libri notis, super Igne sacro. (103) Pyróeis gemma igniteus. Junium vide, tit. De Gemmis. Hoc loco, globum solarem flammantem, ceu mundi gemmam oculúmque, significat. (504) Oriu matutinô, qui in Oriente tremulus est; cùm, cælo fulgô, paullatim è limbo horizontis manè emergere incipit. De hoc porrò attactu per calculum, Isaias sic ait c. 6. v. 7. Et tetigit (Seraphinus) os meum (calculô, seu Carbone,) & dixi: Ecce, tetigit hoc labia tua! & auferetur iniquitas tua (taciturni scil. ac muti oris) &c. (105) Veteris testamenti: in quo nemo clariùs, sonantiúsque, totum Christum proclamavit (ut suprà) quàm Isaiæ hujus propheticus Spiritus, ac litum. (106) Antiqui Testamenti. (107) Conventus Christiani populi Ecclesiasticos: in quibus assiduè, de pulpitis sacris, Isaiæ, de Jesu Christo, proferuntur vaticinia. (108) Carbo ille, flammâ plenus, ac scintillans: instar gemmæ, pretiosique lapidis, pyropi, aut carbunculi. (109) Erant enim, qui non voce dicerent in curia sententiam, sed, quasi pedibus solùm. De D. Junio Silano, Cos. Dess. Salustius in Catilina. Is postea, permotus Oratione C. Cæsaris, pedibus in sententiam Tib. Neronis iturum se, dixerat. Erat & aliud Senatorum genus; Equites, honoribus populi

puli jam functi, sed à Censoribus reipsa in Senatum necdum lecti; quantumvis in Senatum ventitarent. Hi, quoniam in sententias principum (qui, rogati, Sententias dixerant) discedebant, tanquam & suas; ire pedibus in sententiam *hujus, aut illius, dicebantur*: Senatores Pedarii *indè appellati. A. Gellium vide, lib. 3. cap. 18. Joan. Rosin antiqq. lib. 7. cap. 7.* (110) *In* urnam, *seu cistellam, ante oculos judicum positam, calculum unum, è triplici calculorum genere, conjici oportuisse; superiùs ad l. 2. de S. Fob, adnotavi: nec repeto; nisi, ut moneam: quæ fieri in Judiciis criminalibus solerent, eâ, proportione suâ, accommodari Judiciis etiam aliorum generum (cujusmodi sunt, electionum magistratûs, permissionum triumphi, &c.) debere.* (111) *Id est,* Legitima; *è forma normáq; Juris, ac legum. aliter enim, non* rata *erant, aut esse debebant, sed* Irrita, *vi legum,* De Corruptis Judiciis: *ut, Antoniæ, Servilia, legis Ambitûs, & similium apud veteres.*

IV. (112) *Isaiæ prophetæ.* (113) SS. *Angelorum.* (114) *Isaiæ sic sese dabant Angeli: ut tamen nec Ezechielē postea ullâ parte negligerent.* (115) *Postquam S. Ezechiel conjugii vinculis exsolutus est, per mortem uxoris, vitæ Societate sibi conjunctæ. Porrò, mulierum propriè sunt* Stolæ: *& stolis adsutæ* instítæ, *seu* limbi. *Naso l. 3. Trist.* Este procùl, vittæ tenues; insigne pudo-

pudoris, Quæq; tegis medios instita longa pedes. *Clarior est Horatii locus* 1. Sermonum, *Sat.* 2. Matronæ, præter faciem, nil cernere possis, Cætera (ni Catia est) demissâ veste tegentis. Ad talos Stola demissa, & circumdata pallâ. *Quòd si tanta gravitas erat* matronalis *incessûs, apud Romanas: quomodo minor, immò*, quomodo non multò major, erat apud Hebræas, *à Moyse, & Prophetis, institutas ad omnem modestiam? De morte porrò Ezechielæ uxoris, leges c. 24. à v. 16. apud Ezechielem,* Fili hominis, (*inquiebat Deus ad Ezechielem*) ecce! ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum! *Et mortua est uxor mea vespere, v. 18.* (116) Divini, *& non tantùm* Angelici creatíque, *Spiritûs obsequio addictus.* (117) *Avulsos jam ab ejus aspectu, quam Deus appellârat* Desiderabile Oculorum ejus. *suprà.* (118) Hymenæa fax, *Nuptialis. suprà, in librum 2. de S. Job, & Dinâ. Mansit exinde S. Ezechiel cœlebs.* (119) Forma, bonum fragile est (*ait poëta, libro 2. de Arte,*) *instar scilicet* vitri, *poculive* crystallini. *Et de quadam Flaccus l. 1. od. 19.* Urit me Glyceræ nitor, Et vultus, nimiùm lubricus adspici. (120) *Ista, per 5. versus, comparativè ferè dicuntur allegoricéque de claritate oculi prophetici S. Ezechielis: cujus perspicuitas adsimilatur 1. Phengiti gemma. 2. Globo mathematici illius Syracusani, Archimédis. 3. Speculo*

famoso

famoso Procli. De claritate lapidis Phengitæ, *vel Phengitis, hac Tranquillus habet in Domitiano, cap. 15,* Tempore ſuſpecti periculi appropinquante, ſollicitior indies; porticuum, in quibus ſpatiari conſueverat, parietes Phengite lapide diſtinxit: è cujus ſplendore, per imagines, quidquid à tergo fieret, provideret. *Eſt verò lapis candidus, tralucens, patriâ Cappadox: à φέγγω, illuſtro, ſic dictus,* Φεγγίτης, υ. (121) De Sphæra Archimédis *cryſtallinâ*, Cl. *Claudianus in epigram*: Juppiter, in parvo cùm cerneret æthera vitrô, Riſit. —Jam meus in parvo luditur orbe labor. &c. *Fuiſſe verò* globum cœleſtem; *totum illud carmen loquitur, lectu digniſſimum,* (122) Proclus, *philoſophus & aſtronomus ethnicus, ex ære facta ſpecula excogitavit* cauſtica, *hoc eſt, uſtoria: eáque, de ſublimi loco quopiam, ut turre, mœnibus, arce, &c. ſuſpenſa,* Solis *radiis oppoſuit: quos, à ſpeculo lucidiſſimo largè profundéque combibitos, in hoſtiles deinde triremes, ac vela, cum eorum, & vectorum omnium, exuſtione, & interitu, detorſit. Zónaram vide, Annal. parte 3. de navibus Vitaliani Scythæ.* (123) Terrenis *putà* curis, *cogitationibus, &* ſollicitudinib, uxoriis; *quarum meminit &* S. *Paulus, 1. Corinth. 7, à v. maximè 28. uſque ad fi.* (124) Propheram Ezechielem: *quem Deus, totô paſſim librô, vix aliter unquam compellat, quàm his vocativis;*

Fili

Fili Hominis! & tu, fili Hominis, &c. *Homines autem omnes, si primi hominis retrospiciamus originem, terrâ sati, è terra facti, terræ quodammodo filii sumus.* (125) *Suprà ventorum regiones. Noti & Euri, pro ventis universim: ut & suprà.* (126) Boótes, *astrum est (inquit Herm. Torrent.) juxta plaustrum, vel ursam, pòi Arctici constellationem. aliter,* Arctóphylax *dicitur.* (127) Orion, *sidus. 16. stellarum (inquit Carol. Steph. V.* Orion): *qui Orion, exortu suo fusco, & obscuro, maximas ac prorsus hibernas tempestates terris, aëri, & Oceano, solet invehere.* (128) *Sidus Orionis, juxta Tauri sidus, idem C. Stephan. constituit: qui* locus *in Cœlo,* Domicilium, *seu* Domus Orionis *vocatur: sicut* Domicilium *suum (prater alia quoque sidera planetásque) & Mars habet, juxta Arietem. de quo Joan. VVernerus in observationibus anni 1517. apud Davidem Herlicium, in Praxi astronomica sua anni 1617. tit. de* Vere, *capite 2.* (129) *Ezechiel. c. 1. v. 26. &c.* Et vidi, quasi speciem electri. *De* Electro, *& Eridano electriferô, vide & Nasonem lib. 2. metamorph. ubi* Heliadum lacrymas *enarrat, longè post init.* (130) *Absolutè, & sine adjuncto,* Hermus, *Lycia fluvius est, aureas trahens arenas. Suprà, annot. in libr. 2. de* S. Job. *hîc* Vitæ-fluvium *innuit,* S. Joanni *monstratum in cœlo. Apocal. 22. v. 1.* (131) *Rotundâ supremitate, seu absside, & quasi tentorio materiatô, cœlestis templi, vel*

sacra-

sacrarii. Similitudo firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, extenti super capita eorũ (animalium). *Ezech. 1. v. 22. De* tholo, *dictum annotat : in librum 2.* (132) Super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri, similitudo throni. *Ezechiel : primô cap. v. 26.* (133) *Hôc locô,* dædali *vox adjectivè sumitur. Virgil. l. 7. Æneid. de equis, à Latino rege missis Æneæ.* geminósq; jugales Illorum de gente, patri quos dædala Circe, &c. *id est,* Ingeniosa. *è Lucretio, Macrob. vide, l. 6.* (134) *Ezechiel. c. 1. v. 28.* Velut aspectus arcûs, cùm fuerit in nube, in die pluviæ. *Arcum cœlestem, seu* Irin, *intelligit : quæ* Iris, nihil est aliud, quàm species & simulacrum arcûs, in nube roridâ, & opacâ, aut etiam in aëre roridô, ex reflexione radiorum Solarium confectus : colore puniceô, rubrô, viridîq;; & in medio, ob conjunctionem viridis ac rubri coloris, subflavô constans : nec tamen veros habens colores, sed tantùm apparentes, *&c. ut præter alios docet etiam P. Georgius Mejndl,* Universæ Philosophiæ *suæ thesi 429.* (135) *Addit S. Ezechiel cap. eod. 1. v. ult.* Hic erat aspectus splendoris, per gyrum. (136) *De quibus* septem Spiritibus, *veluti Dei fidissimis apparitoribus, agit S. Joan. apocalypsis 1. versu 4. & Apocalypsis 5. v. 6. loquens de simili majestate cœlesti supremi regis.*

gis. (137) De medio ejus, quasi species electri, id est, de medio Ignis: & in mediô ejus, similitudo Quatuor animaliùm. &c. *Ezechielis 1. à versu 4. & sapè infrà.* (138) *Hæc tota visio, animalium, currûs, rotarum, prolixè per totum ferè caput 1. Ezechielis describitur; ob prolixitatem, lectu facilior, quàm exscriptu. Universa porrò* visionibus Ignis *impletur. De* rotis *speciatim v. 18. dicitur.* Statura quoq; erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus. (139) Quatuor Animalium: *de quibus paullò antè. De pennis autem eorum, seu* alîs, *habes à v. 8. & 9. ut & de* pedibus, *ac* manibus. (140) *Rotas fuisse* oculatas, *patet ex Ezech. c. 1. v. 18.* Statura quoq; erat rotis: & totum corpus (*earum*) oculîs plenum, in circuitu ipsarum quatuor. *De his item dicitur v. 21.* Spiritus Vitæ erat in Rotis. (141) *Ezechiel. 1. v. 19.* Quocunq; ibat Spiritus, illuc, eunte Spiritu, & rotæ pariter elevabantur, sequentes eum. Aspectus autem rotarum, & opus earum, quasi sit rota in medio rotæ. *&c.* (142) *Maris, pro quo, ceu* Deum maris *habitum à priscis, poëta* Neptunum *ponunt. Hîc autem* Maris minæ *ponuntur, non quieti, sed turbulentô fluctu tempestatem insanam inchoantis: velut & in Apocalypsi cap. 14. versu 2. & cap. 19. versu* 6. Audivi vocem de cœlo, tanquam aquarum multarum:

Et,

Et quasi vocem tonitruorum magnorum, dicentium, Alleluja. *Horatius quoque, reboanti mari* tonitrua *tribuit, ob sonitûs similitudinem, epod. 2. de* piscibus *externi aquoris canens*; Siquos, Eois intonata fluctibus, Hiems, ad hoc vertat mare. (143) *Ezechiel. 3. v. 12.* Et assumpsit me Spiritus: & audivi post me vocem commotionis magnæ; Benedicta Gloria Domini de Loco suo! (144) *Amictus, quasi niveâ sindone*, candidissimi Luminis, *sicut vestimentô: velut habet pars sententia psalmi 103. v. 1.* (145) *Fluvius est, ad Babylonem: juxta quem, positus in captivitate S. Ezechiel, subinde versabatur. (cap. 1. v. 1.) & v. 3. & alibi sæpiùs. Steph. Menoch. in hoc 1. caput, putat, Euphratem, aut ejus rivum aliquem (brachium, mallem) valde undosum, signari voce* Chobar. (146) *A Spiritu* cœlesti, *vel Angelo. Ezechiel. 8. v. 3.* Similitudo manus emissa, apprehendit me in cincinno: & transtulit usq; Jerosolymam. *Vide locum ipsum Sacri textûs totum, à v. 1. usque ad 18.* (147) *Solyme, ês, vel* Solyma, æ, *etiam in singulari, poëtis haud improbatis usurpatur, ut,* —Solymam cùm adveneris urbem. *Usitatiùs tamen,* Solymæ, arum. *teste* J. Sinapiô. (148) *Templum Jerosolymitanum: & quidem,* intrà ostium illius interius; (*ut dicitur c. 8. v. 3.*) quod respiciebat ad Aquilonem: ubi erat statutum idolum zeli. &c. (149) *Cum auctoritate grandi, biblicâ, longævâ, & à tot*

jam

jã saculis Canonicè receptâ. (150) tẽpli sacra porticus, ϛοὰ, ϛοᾶς, ἡ. græcè. (151) Tam Domûs-Dei, *universim, quàm & Sacra Seniorum éxedra: immò verò, &* Sanctuarii; *quod*, oraculi *velut Lararium, erat.* (152) *De qua Christus Dominus ait Matth. cap.* 23. *v.* 2. Super Cathedram (*locum dignitatis sacra Judiciaria, & Rabbinica*) sederunt Scribæ, & Pharisæi, *doctores populi. &c.* (153) *Septuaginta Seniorum concilium, seu consistorium: græcis* Synédrion, *Hebræis* Sanedrim. *Baron: vide Tom. 1. in Apparatu.* (154) *Sic enim Idololatriæ usus & exercitium, Sacris in libris testamenti veteris passim insignitur.* Fornicati sunt in Baalim, cum Diis alienis, *Judic. 2, v. 17. & cap. 8. v. 33. alibiq; passim. Hoc autem tunc 70. Seniores, & primarius in iis, Jezonias, fecerunt. Ezechiel: c. 8. v. 11.* (155) *Equorum Thracicorum præcipuè forma, generositas, &* trons ardua ostentata, *celebrantur, à Marone quoque, Æneid. 5. de equo Priami junioris.* Salacitas *autem* equorum, *nec à* S. *Scriptura, in allegoria, prateritur. Eccl. 33. v. 6.* Equus emissarius super omni superfedente hinnit. *&* psal. *31. v. 9. deterrentur* incontinentes *à lascivia equina imitatione;* Nolite fieri, sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus. In chamo, & fræno. &c. *& Tobiæ 6. v. 17.* Hi, qui conjugium ità suscipiunt, ut suæ libidini vacent, sicut equus & mulus. &c.

Tã de equis *demũ, quàm de* equabus, *dici possunt illa Virgiliana*, *Georgic. 3.* Scilicet, ante omnes furor est insignis equarum. Illas ducit amor trans Gargara, &c. Vere magis; quia Vere calor redit ossibus. *&c.* Thracum *autem* equorum equarúmque, *sicut & gentis*, *eminentior est libido.* (156) *In templo Jerosolymæo: de quo postea Christus ipse dixit*; Domus mea, Domus Orationis est. *Luc. c. 19. v. 46. per quam etiam ne vas quidem portari permittebat. Marci XI. v. 16.* (157) *Ezechiel: 8. à v. 11.* Ingressus (*templum, inquit propheta*) vidi: & ecce, Omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & universa Idola domûs Israël, depicta erant in pariete, in circuitu, per totum, *&c. Singula porrò bestiarum hujusmodi genera, quæ proximis etiam versibus nominabuntur, vel* Carnivora *erant, vel certè* venenata: *& mortes innumeras, in se, suisque cupiditatibus, alentia.* Vivaria, *Germanis, in* terrestribus *animalibus, sunt*, die Thiergärten: *in* aquatilibus *autem*, die Kälter. (158) Echenéis, *græcè* ἐχενηΐς, *piscis, Latinis est*, lámpetra, *mustela aquatica, & muræna fluviatilis*; *cujusmodi piscium generi Asinius olim Pollio suum objici servum devorandum, Augustô Cæsare præsente, propter elapsum ei confractúmque vas crystallinum, mandârat. Junium vide tit. de Piscibus.* (159) Germanis, ein

ein Otter; & *piſcoſorum amnium ingens, ob rapacitatem & ingluviem, clades.* (160) Peluſium, *Ægypti, ad oſtium Nili extremum, verſus Caſſiótida regionem, urbs.* poſtea Damiáta. *Hujus olim ingens, & aſſiduus, metus erant, frequenter enatantes, & in hominum inermia corpora impetum facientes, Crocodili. Et hunc tamen pro Numine colebant.* Juvenal. Satyrá 15. *verſu* 2. Ægyptus portenra colat? Crocodilon adorat. *Hoc & Judæi poſtea, apud Ezechielem, fecerunt.* (161) Si damna (*ſicut profectò fuerant*): *quomodo* Joves *ſimul? hæc enim vox à* Juvando *Latinis derivabatur.* (162) *Ezechiel. c. 8. à v. 11. &c. hæc deplorat: addens;* & Septuaginta viri, de Senioribus domûs Iſraël, & Jezonías, filius Saphan, ſtabat in medio eorum; ſtantium ante picturas. Et unuſquiſque habebat thuribulum in manu ſua, & vapor nebulæ de thure (*quod his monſtris adolebatur*) conſurgebat. (163) *Ad Orientalem cœli plagam. De his, Ezechiel. cap. 8. v. 16.* Et, ecce, in oſtio templi Domini, inter veſtibulum, & altare, quaſi viginti quinque viri, dorſa habentes contra templum Domini: & facies ad Orientem. & adorabant ad Ortũ Solis. *quod totum mox Deus,* Abominationes *nominat; & deteſtatur.* (164) Altari holocauſtorũ *corporũ ſuorũ poſtica obvertentes.*

(165) *Phœnices, ac* Syro-phœnices, *Venerem ſuam, non vulgò* ἀφροδίτην, *ut Græci, ſed* Aſtarten (*ut quidam apud Car. Stephanum cenſuerunt*) *appellant.* (166) Mulieres Judæas, *Jeroſolymiticas, & plerasque jam virum expertas. poëtæ*, nurum *paſſim, pro* nupta, *præcipuéque juniore, ponunt.* (167) Adónidi: *quem amáſſe Venus credebatur. Hic,* Myrrhæ *Syro-phœniſſæ, è Cynara regis, ac proprii genitoris, inceſtô, ſed deceptô, concubitu, ſuſceptus filius, & aquè poſtea intemperans; Julio menſe, in venatu, apri ferocis morſu, ſauciatus in abditis; annuis, ſtatutisque, ſacrorum* Sollemnibus *Juliô menſe lugebatur à fœminis, idolorum cultricibus; & potiſſimùm, à nuptias expertis. Ea nefanda, tunc etiam ad Hebræas tranſierat ſuperſtitio: de quâ ſic* S. *Ezechiel, cap. 8. v. 14.* Et introduxit me (*ſpiritus cæleſtis*) per oſtium portæ Domûs Domini, quod reſpicit ad Aquilonem: & ecce! ibi mulieres ſedebant, plangentes Adonidem. (168) Venus, *à Cytheris urbe, vel Cytheris inſula, Veneri ſacrata; ſicut* Cypris, idis, & Cypria, *à* Cypro, *dicta.* Parce metu, Cytheréa- *Virgil. 1. Æneid. & l. 10. v. 51.* Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera. (169) Æterni, veríque, Dei, *juxta illud,* Domus Mea, domus orationis, *Luc. 19. cit.* Et Regem, Dominum exercituum, oculis meis vidi. *Iſaiæ 6. v. 5.* (170) *Ab fœminis, Abrahamum*

mum patrem suum, & Saram, generis sui matrem, assiduè jactantibus. Joan. 8. v 33. Semen Abraham sumus : & nemini unquam servivimus. *Et Isaias quoque ad recordationem majorum suæ propaginis, hortatur omnes* ; Attendite ad Abraham, patrem vestrum ; & ad Saram, quæ peperit vos. *Cap. 51. v. 1. & 2.* (171) *Uxoris* primæ *Jacobi patriarchæ. Genes. 29. v. 23.* (172) *Uxoris* secundæ *Jacobi patriarchæ* ; *Sororis Liæ. Quæ amba, domum, & Deos, patris sui idololatræ reliquerunt ; unà cum Idolis, quæ abjecerunt.* (*Genes. 31. v. 16. & cap. 35. v. 2. 3. & 4.*) *Tantùm aberat, ut Adonidem illæ duæ, 12. patriarcharum matres, venerarentur, & adorarent.* (173) *Quæ mater fuit Ismaëlis, ex Abrahamo ; & in eo, totius barbaricæ gentis Ismaëlitarum. Genes. 25. v. 12.* (174) Christi, *Regis cœli. Matth. 28. v. 18. & hymnus ecclesiæ*, Rex sempiterne cœlitum, Æqualis ante sæcula Semper Parenti Filius. &c. *ad Matutinum Dominicarum. &c. post Paschæ.* (175) *Funebribus, atratis, pullis.* (176) *Cynaræ : sive hic Cypri rex fuerit, ut Torrent. ait : sive* (*quod Strabo*) *Phœnicia, in urbe Byblo. Hujus filia, fuit* Myrrha, *turpiter in suúmmet genitorem exardescens. frustus verò intemperantia tanta, hic Adonis. superà.* (177) *Consuetudine puellæ è Phœnicia, infamis : quam, ob elegantiam formæ, ipse pro deæ vetitarum cupiditatum habuit, & frequentavit. Unde*, ex historiæ veritate, fabulæ natum

tum eſt figmentum. (178) *Luparum appellationem traxerunt in ſe, quæ, quæſtûs cauſſâ, ſe vulgabant: ob rapacitatẽ, quâ fœdos amatores deſpoliant. T. Livium vide, l. 1. de Fauſtuli, paſtoris Latini, uxore; Romuli & Remi educatrice.* (179) *Pro* adultero *generatim, matronarúmque Syrarum corruptore: ſicut* Alexander Paris, *fuit Helenæ Lacænæ: per antonomaſiam.* (180) Nænia, *cantilena erat ultima, ſeu ſuprema, quæ defuncti laudibus ad tumulum, antequam ſepeliretur, cum tibia & lamentô, accinebatur. Diomed: & alii, apud* J. Sinapium. *Uſurpatur autem, & pro quavis lamentatione; in qua vocis* Næ, Næ, ne- *ænia, imitatio à flentibus exprimitur. Acrónem vide, apud eundem.* (181) Judæi Jeroſolymitæ: *quî & ipſi ex* Abrahamo. *ſuprà. De his* S. *Ezechiel agit, cap. totô 9. quod lectu digniſſimum. Signatè tamen huc pertinet, quod refertur à v. 4. & ſeqq.* Et dixit Dominus ad eum (*Angelum, indutum lineis; & atramentarium ſcriptoris habentẽ in lumbis ſuis, ut eſt v. 3.*) Tranſite per mediam civitatem, in medio Jeruſalem; & ſigna thau, ſuper frontes Virorum, gementium & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ ſunt in medio ejus. Et illis (*ſex aliis Angelis* ἑξαφόροις, *de quibus loqui cœperat ſuperiùs v. 2.*) dixit, audiente me: Tranſite per civitatem, & percutite (*non-ſignatos*), non parcat oculus veſter: ſenem, adoleſcentulum, & virginem, parvulum, & mulieres, interfi-

cite,

cite, usq; ad interneciōnē: Omnē autē, super quē videritis thau, ne occidatis. (182) *Signatus signô Thau, per atramentum illud (de cujus vase versus 3. habet) quod antiquitus etiam è scobe, vel pulvisculo, tenuissimè contriti carbonis, interdum fiebat.* (183) *Laudem & praconium, à labore Pœnitentiæ.* (184) Thau, *cuj respondens Græcum* Τ῀ταυ, *seu* Θ, Judicialis nota tristis, *ac* signum mortis (*ut ait Joan. Crisspin. & Isidor. l. 1. c. 10 & 23.*) colore Nigro *auci scribique consueverat: ut Persii Commentator, apud Th. Dempsterum in Additam: Rosinianis l. 9. med. ad illum A. Persii versum, ait,* Et potis es nigrum vitiis præfigere Theta? *i. e.* capitalem Damnationis sententiam ferre? (185) *Propriô significatu,* Arbor Infelix est, religione damnata: *quæ nec Fructū sponte fert, nec seritur.* Translatè verò, *Ciceroni, è libris* Sacrificalibus, (*nos* Rituales *vocamus*) *patibulum, & crux, dicitur: quò pertinet etiam illud Livii l. 1. de Horatio sororicidâ* Infelici Arbori reste suspendito! *Exprimebat porrò Hebraicum* Thau *vetus, & Ezechielis tempore usurpatum, quôq; Angelus hic* gementium *frontes signavit, nostratis T latini, ac Græci, formam. Nam postea Esdras, immutans litterarum elementa, Thau Hebraicum fecit simile signo* patibuli *nostratis, &* crucis *priscæ; adeóque* arboris infelicis. *Cæterùm, fuit hoc quoque vaticinium latens;* Lignum, *quod* Arbor *olim* Infelix *fuit; Christi à morte*

salutiferum, *felix*, & Vivificum, ζωοφόρον, *esse futurum*: *uti*, *hoc Ezechielis locô*, *sanè* figura *prisci Thau multorum vitas servavit.* (186) In Cruce Salus, & protectio. *Thom. à Kemp. Imit. l. 2. c. 12. Et Ecclesia, Introitu Sacri, de S. Cruce*: Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi, in quo est Salus, vita, & resurrectio nostra. &c. (187) Jerosolymitæ, *quorum quadripartitæ urbis suprema pars, ad Austrum sita, mons, arx, & urbs*, Sion: civitas David, *dicta.* (188) Sex *Angelorum illorum, de quibus superiùs est dictum, concors, sed implacabilis, (uti jussa fuerat), dextera*, pœnitentes *frontes, & capita, prateriit: cùm* impœnitentes *trucidaret. cap. Ezechiel. 8. v. 6. 7. &* 8. Cœperunt ergò à viris senioribus, qui erant ante faciem Domûs (*Dei*). Et egressi sunt (*deinde ex illo loco sacro*) & percutiebant eos, qui erant in civitate. Et, cæde completâ, remansi ego solus &c. (189) *Non detestans malè acta, seu vitæ præteritæ noxas. Horatius lib. 1. od. 16.* — ego mitibus Mutare quæro tristia, dum mihi Fias, recantatis amica Opprobriis, animúmque reddas (190) *Pœnitentes, seu gementes, ac* dolentes super cunctis abominationibus, quæ fiebant in medio ejus (*urbis, à se, & ab aliis.*) *Ezechiel. c. 9. v. 4.* Quem pœnitet peccâsse, *jam* pæne est innocens, *ait Clytemnestra Senecæa, Agamemn. Actu 2. sc. 2.* (191) *In* Gehenna *memorandâ, sub* Lacûs

typô,

typô, multus est S. *Ezechiel: præsertim cap.* 32. *Eundémque, sub* Stagni *voce, introducit* S. *Joan. Apocalypsis* 19. *v.* 20. *& cap.* 20. *v.* 9. *v.* 14. *&* 15. *Et cap.* 21. *v.* 8. Pars illorum, erit in Stagno, ardente sulphure, & igne. *De* Lacu *verò, cruoris plenô, legis, Apocal.* 14. *v.* 19. & exivit Sanguis de Lacu, usque ad frænos equorum, per stadia mille sexcenta. *Libro quoq; 2. Machab. c.*12. *à v.* 16. *de Lacu seu stagno, ponè urbem Casspin, innumerabili barbarorum oppidanorum cade adeò coloratô; ut illud, quamvis amplum, ac* duorum *nempe* stadiorum latitudine, Sanguine tamen infectum, fluere videretur. *Et tale Stagnum implêssent utique trucidatorum cruore, etiam Sex hi Ezechielis Angeli.* (192) *Fluvius Inferorum, qui & pro Inferno ipso ponitur. suprà.* (193) Secunda post naufragium tabula, est Pœnitentia. *Vide Petri Canisii Opus magnum Instit. Christianar. tit. de Sacramento Pœnit.* S. *quoque Hieronym. epist. ad Susannam lapsam:* Necessaria est Pœnitentia: quæ aut æquet crimina, aut etiam superet. (194) *Matth. cap.* 5. *v.* 25. Esto consentiens adversario tuo (*animo, & conscientia, te accusanti; ut & tu teipsum dolenter accuses*) dum es adhuc in via (*& nondum in termino æternitatis*): & S. *Paulus*; Dum *Tempus* habemus, operemur bonum. *ad Galat. c.* 6. *v.* 10. *De Jezabele quoque, fornicariâ, dicit Christus. Apocal. c.* 2. *v.* 21. Dedi ei *Tempus*, ut pœniteret:

teret : & non vult pœnitere à fornicatione ſua. *Poſt obitum verò*, clauſa eſt (*ad omne opus bonum, adeóque & ad reſipiſcentiam,*) janua. *Matth.* 25. *v.* 10. (195) *Duro, contumace, & emolliri, flectíque, per difficili; ad inſtar chalybis.* (196) *Cum Davide pœnitente dicere erubeſcunt:* Delicta Juventutis meæ, & ignorantias meas, ne memineris, Domine. *pſal.* 24. *v.* 7. (197) Puerilem *agendi morem, & modum: perinde, ac ſi cum Flacco dicerent Epod.* 6. *In Caſſium Severum*: An, ſiquis atrô dente me petiverit, Inultus ut, flebo, Puer? (198) *Proverb. c.* 18. Impius, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit. *Et Eccli. c.* 5. *v.* 4. Peccavi; & quid mihi áccidit triſte? (199) *Hæc Græcis dicitur* σκληροκαρδία: *in quam & Naſonis illud cadat* 1. *Triſt.* 7. Et tua ſunt Silicis, circùm præcordia, venæ: Et rigidum ferri ſemina pectus habet. *Libri quoque* 3. *eleg.* XI. Natus es è ſcopulis; nutritus lacte ferinô: Et dicam, Silices pectus habere tuum. (200) Inferni, ſemper flagrantis, *amnis. poëtis, pro ipſa* Gehennâ. *ſuprà.* (201) *Mons Siciliæ, flammivomus, ſuprà. Hic, pro* Caminis *Inferorum ſubterraneis ponitur.* (202) Orci, *aliter*: & Plutonis; *ac Luciferi infernalis.* (203) *Quæ nobis* Proſerpina, *Græcis eſt* Perſéphone, *Gehenna regina. Cl. Claudian. De raptu vide.* (204) *Sic, ævo noſtro, cuidam, in mortis vicinia conſtituto, viſa eſt defuncti anima, velut*

lut in flammis adhuc piacularibus detenta; quasi per transcursum, patriâ linguâ, clamans aliquoties, Ignis *vocabulum ingeminare. quod in Inferorum tamen incolas aternos, & in perpetua sacula conclamatos, longè magis convenit: ut hôc versu, ac locô.* (205) Sic, *de perpetuò damnatis & miseris, S. Ezechiel loquitur, cap. 33. v. 23.* Quorum data sunt sepulcra in Novissimis Laci. & *v.* 24. Qui descenderunt incircumcisi (*corpore, & cupiditatibus suis mortiferis,*) ad terram ultimam. *Quanam autem* Terra *magis* ultima; *quàm, qua terra centrum circumquaque ambit*; *ubi est* Gehennæ *locus?* (206) *Illustrat hos Jambos etiam Hugo Victorinus, l. 4. de Anima.* Infernus, Lacus est sine mensura: profundus, sine fundo: plenus, ardore incomparabili: plenus, fœtore intolerabili: plenus, dolore innumerabili. Ibi miseriæ, ibi tenebræ; ibi ordo nullus; ibi horror æternus. Ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali (*nisi*, mortis: *qua ab eis, quantumvis mori cupidis, tamen semper, & constanter, fugiet*) *Apocal. 9. v.* 6. (207) *S. Ezechieli, in Visione mentali, non corporali, oblatus Inferni aspectus, cap. 33. totô, lectitatione crebra dignissimô.* (208) *Orci, sive Luciferi Tartarei.* (209) *In mentis excessu, ecstaticóque aspectu impertérrito.* (210) *Ezechiele, qui filius fuit Buzi, cap. 1. versu 3. Græcè scribitur, à 70. Inter-*

pretibus Ἰεζεχιήλ. *Hebraicè* Jechezkel : *unde*, Jechezkiel : *& demum, tenuî metáthesi, ac prima litteræ abjectione*, Ezechiel. *Versûs autem, & euphoniæ caussâ, Græco illô* χ *præterito, & Hebraico* K *in*, c, *geminatum mutatô, pro Ezechiele, ferè* Ezecchiele, *posuimus : ut primus Jambici Senarii locus, Spondéum haberet, non Choreum ; utpote, illi versui, locóque, incongruum. Porrò, Buziade, patronymixῶς dicitur.* Ezecchiele *verò, sicut à Græcis Macchabæi, qui nobis Machabæi, per*, c, *simplex, & Zacchæus*, Ζακχαῖος ; *qui nobis Zachæus.* (211) *Est enim plagarum cœli, quas Sol obit, alia Orientalis, alia Occidentalis, & Meridionalis alia. Omnes hæ plagæ, à Barbaris populis habitabantur, Ezechielis ævô : & hac quoque tempestate, in illis multæ restant barbarorum reliquiæ.* Vagæ *tamen præteris, erant Scythis : quippe,* ἁμαξοβίοις *à populis frequentatæ ; quæ se, suáque,* in curribus *circumvectabant. Tales rear, & eas fuisse gentes, quæ cap. Ezech.* 32. *v.* 24. *&* 30. *attinguntur : typus hodiernorum Turcarum, Tattarorum, seu, ut vulgus loquitur, & pronuntiat,* Tartarorum, &c. (212) *In castris, non sola tabernacula, ac pelles, sed & extemporales interdum vasa, mapaliáque, erigebantur, tigillis, & stramentis, compacta, & contecta. Notum hoc è Livio*, 2. *bello Punico, de castris P. Scipionis, & Annibalis, ad Carthaginem : déque incendio in illis nocturnô.* (213)

nô. (213) Spirituum damnatorum, ex Idololatris, in novissimis Laci (*i. e. Gehenna*) degentium. Arma verò illa, non materialia erant; sed typica, & Visionis mentalis. (214) Verè namque gentium vulgò graviora juga non reperias facilè, quàm sit improbus, & Pharaonica indolis, tyrannus. quod nomen, utinam in Christianum nullum caderet! Sed tales erant, Ezechielis tempestate, qui versibus istis nominantur. (115) Ægyptiaci, suprà sæpe. ait enim: Ibi Pharao. à v. 1. cap. 32. usque ad 20. & rursus v. 31. Pharaónes autem omnes, sub uno, intelligi possunt. (216) Ait enim, eodem cap. 32. v 24. Ibi Ælam, & omnis multitudo ejus, per gyrum. Ælam autem, Persia rex est: & Ælamita, Persa. (217) Ibi Mosoch, & Thubal. v. 27. c 32. id est, Cappadox, & Ibérus, Albania Asiatica connexus. Hi ad Judæa Ægyptique Septentrionem erant; ad Scythiam Asiaticam vergentes. V. Menoch. hic, & in præcedente Nota. de Ælam. (218) Idumæi. sæpe suprà. Idúme, ês, pro, Idumæa. v. 29. Ibi Idumæa, & reges ejus, & omnes duces ejus. (219) Dea Romanis, & ante hos, Phrygibus; cujus Ignem, nocturnum aquè, diurnúmque, lege Numæ quoque regis, oportebat esse sempiternum. (220) Vulcanus; & ipse Deus Ignis habitus. suprà l. 2. (221) Ezechiel. 32. v. 27. Qui descenderunt in Infernum, cûm armis suis: & posuerunt gladios suos, sub capitibus suis, quasi pulvinos, (222) malæ Conscientiæ.

de quo, (ter unâ repetitâ, eadémque ſententiâ), Servator noſter loquitur Marci 9. à v. 43. In gehennam, in ignem inextinguibilem : ubi Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Idem autem repetitur. v. 45. & *v.* 47. (223) *Quantum hoc ſit* Conſcientiæ ſceleratæ, *probrum ſibi ſuum aſſiduò exprobrantis, tormentum; non ſolùm Chriſtianorum doctor, S. Paulus, ſatìs innuit, ad Romanos, cap. 2. v. 7. & v. 15. &c. ſed & gentilium magiſtri, philoſophi, & Oratores, paſſim expreſsêre, ſuis in ſcriptis : eminéque, hoc in genere, quod in Clodium, impuriſſimum nebulonem, Cicero de Reſponſis Aruſpicum, & in Luc. Piſonem alibi, effudit.* (224) *Græcè* ῥογμός, & ῥέγχος. *ſonitus eſt, & ſæpe fragor quodammodo, tumultuosè ſtertentis. Vox mimica facti ipſius; & per onomatopœjam conficta, in utraque linguâ.* (225) Face *namq; fœdus Cupido, priſcis à pictoribus ac poëtis, haud minùs, quàm Sagittis, inſtruitur, & armatur : face item, & fœda Venus.* (226) Inferorum *profundiſſimus, ac teterrimus, locus : Gehennæ abyſſus. In hujus immo ſedet Lucifer, cum aliis, ſui ſimilibus.*

V. (227) *In Nuptiis, adhiberi faces conſuêſſe; ſuperiùs monſtratum eſt, notis in librum 2. de Job, ac Dinâ. Danielem, ſemper cœlibem, nunquam aduſſerunt.* (228) Non, *quòd ſpado eſſet, ſicut Bagóas quiſpiam, Eunuchus Perſicus*

Darii

Darii regis. de quo Q. Curtius, loco non uno, ut & Ruina Regum Persidis, decade 4. (229) *De Sporo, Neronis postea detestabilissimo eunucho, ac prostibulo, Tranquillus agit in Nerone, capite 28.* (230) *De hoc, sic Arbiter in synopsi belli civilis.*

Heu! pudet effari, perituráq, prodere fata,
Persarum ritu, malè pubescentibus annis
Surripuêre viros; &c.

Quod, avô hujus ipsius Arbitri, potissimùm Nero fecit Cæsar. De quo proinde, meritò querula, Musa domestica isthæc effudit. Quid Scelus in Solio posset, calcaráque morum Regula, monstrosi docuerunt Acta Neronis: Quem Superi perdant, Hominésque, & Juppiter Orci! (231) Impotentiam *Henric. Canisius, in Summa sua Juris Canon. cum cæteris Canonistis, Jureconsultis, ac Theologis, vocat: ubi de hoc, & aliis naturæ vitiis matrimonialibus, paucis agit. Horum nullo S. Daniel laboravit: utì propterea fugisse nuptias dici deberet.* (232) *Erat enim, inter eos sui sexûs cœlibes-virgineos, de quibus dicit Servator noster, Matth. 19. v. 12.* Sunt Eunuchi, qui seipsos castraverunt, propter Regnum cœlorũ. (233) *Juxta illud Sapien. 4. v. 1. & 2.* O, quàm pulcra est Casta generatio! &c. In perpetuum *Coronata* triumphat. &c. (234) *Venerii.* Veneris *enim tota erat,* (*ut antehac*

antehac dictum eſt, pluſquam ſemel) Cyprus *inſula.* (235) *Fuit Daniel* regibus *quibuſdam Orientis* à cubiculis: *& hoc ſolo nomine, titulô, ſenſúque*, Eunuchis adnumeratus, εὐνοῦχος, *ceu, ſub cura ſua* ἐυνλεὶ ἔχων; *nominatim autem*, Darii Medi, *qui ſimùl & Mediam & Bactra rexit, conceſſu generi ſui, Cyri Perſæ.* (236) *A* Conſiliis, *ut loquuntur vulgò*, ſanctioribus. (237) *Ut primò*, Nabuchodonóſoris, *cognomento Magni, Danielis cap. 2. v. 48. & ejuſdem deinde regis, cap. 4. v. 24. &* Ralſáſſaris, *nepotis ejus, cap. 5. à v. 17. v. 29. &* Darii Medi, *cap. 6. à v. 3. & cap. 14. v. 1. &c.* (238) *Qualis Dario Medo Daniel erat*, à látere regis. (*Daniel 6. v. 4.*); *talis multò magis erat Regi regum, Deo: amiciſſimus.* (239) *A quo petebant oracula monarchæ Orientis; à quorum imperiis & ore pendebant mortales, & ſpiritus oris eorum.* (240) *Angelorum.* (241) *Urbs* Suſan, (*aliter, Suſa, orum*) *inter Babyloniam regionem, & Perſidem; ſpectans tamen ad Perſidem, & ſedes præfecturæ Danielis,* (*cap. 8. v. 2. &c.*) *tractûs fuit amœniſſimi, ac nemoroſi; ſicut poſtea, ad noſtram uſque ætatem, Damaſcus. unde utique nomen etiam traxit*, Suſan; *quod Perſis eſt* Roſa, *vel* Lilium. *Ad urbem hanc, raptus in ſpiritu Daniel, viſionem miram ab Angelis, & myſteria, hauſit. cap. 8.* (242) Tigris, *fluvius ingens, & pernicioſiſſimus, origine quidem Armenus: in procurſu*

cursu tamen, ripâ lævâ stringens Assyriam, ac Ninivês solum; fit quodammodo & ipse Assyrius. Ad hoc flumen, mysteria doctus est ab Angelis S. Daniel. cap. 10. à v. 4. Die 24. mensis primi, eram juxta fluvium magnum, qui est Tigris: & levavi oculos; & vidi. &, ecce vir (Angelus, Juvenis robusti specie) &c. Lege cap. totum, mirificis plenum. (243) Somnium, rerum maximarum mysteriis plenum: De Statua, omnibus Magis, & ariolis Babyloniis, inexplicabili. c. 2. Danielis. (244) Oblatum quidem regi Nabuchodonósori Somnium erat; sed, oblivione regis expergefacti, reciderat eò usque in tenebras suas, ac nihilum; ac si nunquam fuisset oblatum. Danielis c. 2. v. 1. & 3. &c. sequentibus. (245) Nabuchodonósori; qui regni sedem fixerat Babylone. Dan. 1. v. 1. & cap. 4. v. 26. Hujc ipsi. Daniel somnii sui nucleum omnem, refractô secretissimorum putamine, per seriem aperuit. cap. 2. à v. 27. (246) Daniel. 2. v. 31. Tu, Rex, videbas: & ecce, quasi statua una grandis. &c. (247) Monarchias, Chaldæorum (quæ tunc erat ex Assyriaca enata,) Persarum, Græcorum, & Romanorum. (248) Hæc generaliùs, involutiúsque, in explicatione Statuæ, cap. 2. particulariùs autem, explicatiúsque, sicut ab Angelis accepit, ità posteris scripta reliquit, capitibus aliis: præsertim XI. à v. 2. usque ad 30. inclusivè. (249) Qui Nabuchodónosor in soluto sermone nominatur; à poëtis, metricâ coactis lege, quasi è contracto

Nabu-

Nabuzoſſor, dicitur Nabonaſſor. (250.) *Babylon, erat in Chaldæa; & Babylonii omnes (quorum, extra urbem quoque ſatis ampla ditio, ſive provincia, uti nominatur 2. Daniel. v. 49. f.)* Chaldæi. *Horum quàm plurimis, moleſtum fuiſſe, & imperium Nabuchodonóſoris, & gladium; colligitur (ut alia Scriptura S. teſtimonia prætream) ſufficienter, è duabus apud S. Danielem ſententiis.* Prima *eſt, cap. 5. v. 19.* Omnes populi, tremebant, & metuebant eum (*Nabuchodonóſorem*). Quos volebat, interficiebat: & quos volebat, humiliabat. &c. Altera *eſt, Daniel. 3. ex ore Trium Puerorum v. 32.* Tradidiſti nos Regi injuſto, & peſſimo, ultra omnem terram. *Ab hujus igitur enſiferi tyranni talis Chronologiâ, orſus eſt S. Daniel* monarchiarum *vaticinia, cap. 2. &c.* (251) *Sequuntur, gentium alia Imperia, qua ſubditos, ſeu ſubjugatos, premebant.* Aſſyriacum; *quod tamen, ævô Nabuchodonóſoris, unà cum Medo, connexum erat Babylonio, ſeu* Chaldæorum, *Imperio. Aſſyriaci porrò imperii inſigne erat in bellicis ſignis, & lábaris, ac vexillis,* Columba: *uti dixi in Ruina Semiramidis, & alibi. unde illud Jeremiæ, populo Iſraëlitico minitantis irruptionem Aſſyriorum, cap. 50. v. 16.* A facie gladii Columbæ, ſinguli ad terram ſuam fugient. *& cap. 25. v. 38.* Facta eſt terra eorum in deſolationem, à facie iræ Columbæ, (252) *Perſarum monarchiæ: quæ, præter* Ignem æternum.

num, *pro Numine, & Insigni Imperii, in castris suis etiam* Solem Mithren, *ac scilicet, super regis tabernaculum,* Imaginem Solis, *crystallo inclusam, ostentabat; ut tradit etiam* Q. Curtius *lib.* 3. *c.* 3. (253) *Monarchia* Græcorum, *quam erexerunt omnium primi, per regem suum Alexandrum Magnum,* Macedones: *quorum Insigne castrense gentilitium erat,* Capra, *militia illorum antesignana. Et, cur esset; ostendi in Ruina Philippi Macedonis, de rege eorum* Cáranô. (254) *Per* Aquilam, *ejúsque* Ferreos pedes, *indicatur Monarchia* Romanorum; *cujus Symbolum, Signúmq; bellicum, fuisse* Aquilam, *pra gentibus aliis constanter ipsi peculiare; ostendi l. de Ortu & Occasu Vet. reip. Romana; ubi* De Signis castrorum Mutis. *& Ulyss. Aldrovand. l. 1. Ornith. tit. Symbolica.* Ferrei *porrò, ex parte,* Pedes, *tribuuntur hujc Monarchia, Daniel. cap. 2. v. 33. De omnibus autem, ac Singulis Monarchiis his strictim agit, ac scribit,* S. Daniel, *partim c. 2. partim verò cap. 8. à v. 3. & infrà rursus à v. 19. usq; ad v. ultimum.* Ferrei *porrò* Pedes, *ultima monarchia tribuuntur*: Quia, sicut ferrum omnia *alia* comminuit & domat; sic regnum Quartum comminuet, & conteret, omnia hæc *regna. Daniel. 2. v. 40.* (255) *Daniel. 9. versu 25.* Ab exitu sermonis, (*inquit Angelus*) usque ad Christum DUCEM, *qui ab Isaia cap. 9. à v. 6. dicitur* Princeps Pacis, *ubi de nativitate agit parvuli Messia.*

(256)

(256) *Dies extremus Judicii : qui mundo quidem, per incendium, afferet finem; non afferet autem Regno ecclesiæ triumphantis, per Christum suscitato. Daniel 2. v. 44.* Suscitabit Deus cœli, regnum, quod in æternum nō dissipabitur. (257) *De quo Ecclesia in Funebribus canit:* Dies iræ, dies illa, solvet sæclum in favilla, &c. (258) Ipsum stabit in æternum. *ibid. v. 44.* (259) *Lucæ 1. v. 33.* Regni ejus (*Messiæ*) non erit finis. *Et Hebr. 13. v 8* Christus JESUS, Heri, & Hodie: ipse & in sæcula (*permanebit*). (260) *Daniel. 10. v. XI.* Daniel, vir Desideriorum. *&c. & infrà, v. 19.* Noli timere, Vir desideriorum, *&c.* S. *Birgittæ fertur Christus aliquando, tanquam incapaciorem donorum cœlestium, adhuc largiorum, sese reddenti, exprobrâsse: quòd Cœli futura gaudia, Deique beatificam visionem, minùs languidiúsque, quàm par esset, desideraret.* Tantùm nimirum quìisque cœlestium Capax est, quantùm ea desiderat. (261) *Daniel 9. v. 21.* (262) *Regni* Ægyptiaci; *cujus, ante Alexandriam, à Macedonibus conditam, regia sedes* Memphis *non minùs, quàm* Tanis, *erat.* Atra *verò* Memphis (*etsi necdum Æthiopico nigrore*); *propter Solis immodicos illic calores: de quibus vide Felicem Fabri, parte 2. Itineris* Syriaci, *ubi de* Cairo, *urbe Ægypti.* (263) Macedonicorum. *Ausonii est.* Et vos, ite pares! Macetûmque attollite vires, *pro,* Macetárum: *id est, Macedonum. Porrò, monstrata Da-*

nieli

nieli sunt, indicio Angelico, cap. 7. & 8. ac, sub harum explicatione, eventa futura regnorum Persidis, Syriæ, Ægypti, & Macedoniæ, seu Græciæ, quæ cap. 8. exponuntur. (264) Bactrianam regionem, & Hyrcaniam, ac, vicinas his, terras, leonibus, tigridibus, aliisque bestiis efferis, abundâsse; satis, partim è Q. Curtio constat, l. 8. c. 1. de leonibus: partim autem, ex illo Martialis: Spectaculor: epigr. 20: Tigris, ab Hyrcano, gloria rara jugo. & Arbitri, in Enóthea. —Hyrcanæq; tigres, &, jussi stare, dracones. (265) Assimilabantur enim illi reges, non in se, sed in figuris ferarum, quæ nominantur, Danielis cap. 7. & 8. (266) Bestiæ quædam, Daniel. 7. & 8. propheta hujus oculis oblatæ, tam erant horribiles; ut absterrere vel feras illas possent, quæ tropico Capricorni circulo subjacent, in Africa, & oris Æthiopiæ. (267) Paræmia vetus est; Semper aliquid monstri novi parturit (& verò, parit) Africa. (268) Detractis personis, ac larvis, bestiarum; & potiùs vivis repræsentatis tyrannis illis: horridiora apparebunt. (269) Darii, cognomento Codomanni. (270) Dux lanigeri, balantísque, gregis, aries est: sicut semiseti, villosique, caper. Arietis autem personam gessit Darius Codomannus: sic ab Angelo ostensus S. Danieli, cap. 8. v. 3. & 20. &c. (271) Darium Codomannum, adversùs Macedonas Issico prælio decertaturum, regia pellices trecentæ sexaginta comitabantur, regali cultu. Q.

Ruffus

Ruffus l. 3. c. 3. (272) Cubilia *singulis sua*: *sed, qualia pallacarum, & concubinaria; non meliora, nec honestiora, hœdilibus caprinis*: *ideóq;* notha, *hoc est, spuria, & illegitima.* (273) Darius, *ut Persidis, sic & Media, rex; ab hoste rege præliô superatus.* (274) *Victus autem ab Alexandro M. Macedone; qui, Danielis c. 8. v. 4. sic exprimitur.* Ecce autem, Hircus Caprarum veniebat ab Occidente, super faciem totius terræ: & (*præ celeritate impetûs expeditionum suarum, quodammodo*) non tangebat terram. *Versu verò 21. infrà*: Porrò, Hircus Caprarum, rex Græcorum est. (275) *A* Græcorum, *seu Macedonum, rege. Macedones enim, & ipsi, Græci erant*: & Pelasgi, *populus Græciæ, ad Thessaliam; cujus pars etiam erant.* (276) *Alexandri Magni.* (277) *Parricidii illius, quo rex* Darius Codomannus *sublatus est, primas in se partes* (*Nabarzáne in societatem sceleris pertractô,*) *suscepit* Bessus, *unus è necessariis, amicis, & optimatibus, seu purpuratis, Darii regis. Curtium adi, l. 5. capitibus præsertim postremis; ὡαδητικῶς sanè scriptîs.* (278) Græcorum, *seu Macedonum regis, Alexandri*; Hirco *comparati, Daniel: cap. 8. v. 4.* (279) Vervex, *propriè aries emasculatus: hôc loco* κατ᾽ ἐξοχὴν *pro* Ariete *absolutè sumitur: alluditúrq; ad arietem Phryxæum: de quo alibi dixi, hôc Opere.* (280) *Phryxæi Arietis vellus*,

aureum

aureum *fuisse perhibebatur* : & *de Pelopejo*, *Argorum arcis ariete*, *ablatô*, *queritur Atreus Senecæus Act. 2. quippe*, ductore opulenti gregis, cujus aurea fuerit lana, *ex eáque sceptra aurata identidem petita. Tali hîc* Arieti *ditissimus Persiæ rex, Darius*, *comparatur* : *cujus* lanam auream, *è totius Asiæ quondam majoris minorísq; vectigalibus collectam, & in pulvinum Persici monarchæ illatam* (*ut dixi in Ruina regum Persidis*) *rex Græcus* Alex. *ad se traxit* : *ceu* fructum *expeditionum suarum.* (281) *Dum Græcorum* (*quos inter &* Dores, — & Dorica castra, *Æneid. 2.*) *dominatui subdere se, morte Darii, omnis minor & major Asia, cum Indiâ magnâ parte, cogitur* : *omnia, ad Solis ortum sita, regna.* (282) Regnum, (*cujus propria debet esse vestis, Purpura*) *adepta.* (283) *Hæ* belluæ *S. Danieli monstratæ sunt cap. 7. à v. 4.* Prima, *quasi* Leæna: *& alas habebat, &c. In* Media *porrò, leones esse, leanásq;, dubitare non sinunt etiam contigua illis provincia* : *in quibus, earúmq; Vivariis, belluas & venatus est, & magno numerô confixit, Alexander*: *Curtiô teste.* (284) *Daniel. 7. v. 6.* Post hæc, aspiciebam: & ecce, alia, quasi *pardus* : & alas habebat. &c. De *pardo, cujus fœmina* pardalis *dicitur, alibi jam dixi.* Hyrcania, *talium monstrorum ferax est. cujus regionis idéam, tanquã ad talia apta, pulcram habet Adam. Olearius, in sua Moscovia & Persia.* (285)

Daniel,

Daniel. 7. v. 5. Et ecce, bestia alia, similis *Urso*, in parte stetit. *&c. Ferocem verò fuisse, (utì solent Ursi, fame efferati, quâ stimulante, se ipsi inter sese mutuò devorant; utì factum est circa hiemem illius anni, quo sylvam Bohemicam transivi) argumento est; quod mox subditur.* Et sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas. *In Scythia porrò, & universim, ad Arctum, Norwegiam, Novam Zemblam, cæterásque regiones Septentrionis, ingens Ursorum est copia, tam alborum, quàm nigrorum: teste passim Olao Magno, Joan. Magnô, Vehéro, in navigatione, factâ in Novam Zemblam. ubi pugnas quoque, cum iis subinde commissas, profert Vehérus.* (280) Cerberus, *inferorum vestibuli custos, Canis, (de quo in Hercule Furente Seneca, A. 3. sc. 3. & Virgil. Æn. 6.)* triceps, *seu trium ponitur capitum: quippeni singulis in capitibus singulas dentium sepes habens? Et de hoc* Urso *nostro* Feroce S. *Daniel ait, cit. cap. 7. v. 5.* Et tres ordines erant in ore ejus, & in dentibus ejus. (287) *Daniel. 7. v. 7.* Et ecce, bestia Quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis! dentes ferreos habebat magnos; cómedens atque comminuens (*utì porcus glandes*); & reliqua pedibus conculcans (*sicut* margaritas porcus, *Matth. 7. v 6.*) dissimilis autem erat cæteris bestiis &c. *Ego* Apro, *in* Phlegethontii, *hoc est, infernalis stagni, viciniâ degenti, eam comparavi: qui nomen ejus certum in S. Scriptura*

ptura non reperi. Bestiarum *autem istarum* quatuor, *mysteria explicata vide apud* Cornel. *à Lapide, Comment. in Danielem.* (288) Syriæ- Regum *præcipui quique; & maximè, Antiochi: qui à Seleuco I. descendebant omnes. unde & patronymixῶς* Seleúcidæ *dicebantur.* (289) Macedonum. *suprà jam ex Ausonio docui;* Macetûm, *pro Maceta, arum, poni. Probat autem Alvarus l. 1. Gramm. Institut. post V. nominum Declinationem; etiam* Macedûm, *pro* Macedonum, *dici, auctore classicô, Lucanô, l. 5. Pharsal.* In Macedûm terras; miscens adversa secundis. E Macedonum *verò, non solùm gente, sed & rege, descenderunt* Ptolemæi: *scilicet, Philippô, Amyntæ F. ut demonstravi in Ruina Ptolemæi Lagi.* (290) Ptolemæi omnes, *Ægypti reges: orti à progenitore primo regiæ illius posteritatis, Ptolemæô, inquam, Lagi; & indè patronymicè dicti,* Lágidæ, arum: *& aliter,* Lagæi *principes.* (291) *Syriacorum regum capitis ornamentum, sive coronam, sive diadema: à regibus Persicis, ad Syros, Græcósque reges, victoriâ Macedonis Alexandri, translatum.* Cydarin, (*inquit Q. Curt. l. 3. c. 3.*) Persæ, regium capitis vocabant insigne. Hoc, cœrulea fascia, albô distincta, circuibat. *Hîc, pro ipso* toto Syriæ regno, *ponitur.* (292) Regnum Ægypti: *cujus urbs grandis est,* Canópus; *& ostium Nili,* Canópicum: *ut in librum 2. hujus operis adnotavi.* —Gens

fortunata Canopi. *Juven. id est*, Ægypti *universa.* (293) *Illecebris, immò verò*, Insidiis *potiùs, nuptiarum filia sua, Ptolemæus Philométor, Ægypti rex, Syria regem inescans, clam conatus est, juxta regnum Ægypti etiã Syria regnum ad se pertrahere; idque bis: semel quidem, Alexandro Syro datâ in matrimonium; deinde, Demetrio Juniori, itidem Syria regi, filiâ suâ Cleopatrâ. Hinc bella cruenta; hinc regni utriusque turba, clades, vastationes; hinc Alexandri cædes; Ptolemæi vulnus in prælio lethiferum; & triduò pòst insectus interitus; aliáque quàm plurima mala: quæ universa proseminata sunt è captioso fœdere & affinitate Ptol. Philemetoris, & Alexandri Balæi, ac Demetrii Jun. Quæ omnia, doctus à Deo per S. Angelum, Daniel longè antè prædixit, cap. XI. à v. 6. usq; ad v. 29. & ultrà, sic, ut per regem* Austri *designaret regem Ægypti: per regem autem* Aquilonis, *reges* Syriæ. *quæ, suo tempore impleta, fusè exactéq; narrat l. 2. Machab. cap. 10. à v. 52. signatiùs mox à v. 57. usque ad f. & cap. XI. à v. mox 1. usque ad v. 29. Quæ ordinè quoque tractavi in Ruinis Ptolemæorum, in Pt. Philom. & Ruinâ Seleucidarum, de Alexandro Balæo: ut vel è Summario solo cæpitum satìs apparebit.* (294) *Turbatorum pacis, ac regnorum, præcipuus fuit*, Antiochus Epiphanes, Syria *rex; quem prædixit Danieli Angelus cap. XI. à v. 30. usque ad fin. & cap. IX.*

usque ad v. 4. Fuit hic Antiochus ἐπιφανὴς *nomine, hoc est*, Illustris. *aliter* & Nobilis. *2. Mach. 2. versu 21.* (295) *De hoc, Sacer scriptor loquens, 1. Machab. istud aterni opprobrii stigma fronti ejus imprimit. cap. 1. v.* XI. Et exiit ex eis (Seleúcidis, *Syriæ regibus*) radix peccatrix, Antiochus Illustris. *Ejus autem impietatem, ac sceleſtissimos mores, Angelus Danieli prolixiùs descripsit, in vaticinio capitis* XI. *à v. 27. usque ad 40.* (296) Antiochum Epiphanem *figuram, ac symbolum fuisse Antichristi; communis est Doctorum, ac* SS. *Patrum, sensus, apud* Jodoc. *Coccium, thesauri tom. 2. lib. 10. artic. 3. Inter quos & S. Hieronym. l. 4. Commentar. in Matth. in cap. 24. ea, quæ de Antiocho*, juge sacrificium abrogaturô, S. *Daniel, scripsit; meritò trahit ad tempora, quibus* homo Iniquitatis, *seu* Peccati (*ut eum nominat* S. *Paul. 2. ad Thessal. cap. 2.*) *hoc est*, Antichristus, revelabitur. (297) *Non defuerunt, etiam Petri Paulíque avô: qui suspicarentur, Neronem Cæsarem, flagitiosissimum, impiissimúmque, esse illum* Hominem-Peccati: *i. e. Antichristum. Georgius Schererus, in Concionib. de Antichristo. At saltem Neronis pródromus, (licèt ante tempus) fuit Antiochus.* (298) Oscen, inis, *avis, auspicium, & quasi vaticinium, ore faciens. Inter hujus porrò generis volucres vaticinas, Q. Horatius etiam*

corvum *ponit, crocitantem: apud* Joan. Sinap. (299) *Mundus enim Incendiô universali deflagrabit. 2. Petri, c. 3. à v. 10. usque 14. exclusivè. Præbebit autem orbis, ad illud incendium, etiam elementum Ignis; & quidquid intrà viscera montium ignivomorum est flammæ: sic, ut, lapsis etiam de cœlo meteóris ardentibus, videri cuipiam, rudi divinorum, possit, seipsum mundus incendere.* (300) Antiochi *primùm*, Epiphanis: *deinde, sub hujus involucro, etiam Antichristi, scelera, & interitum.* (301) *E Gabriele Archangelo. suprà.* (302) *Daniel. 7. v. 11.* Vidi, quoniam interfecta esset bestia; & perîsset corpus ejus; & traditum esset ad comburendum igni. (303) *Cœlum. suprà.* (304) *usque ad mundi, temporúmque, finem: quando jam* Tempus non erit (*Apocal. 10. v. 6.*) *sed sola Beatorum, & damnatorum, Æternitas.* (305) Empyrii cœli *ambitum, & atrium.* Comitium *verò, intrà illud spatium, Locus est; in quo Comitia celebrantur: hoc est, Concilia; non privata, vel pauciorum plebis, sed universa multitudinis. De hoc autem conventu universali agit S. Daniel. c. 7. à v. 9. & seqq.* (306) A Diebus æternitatis (*Michæ 5. v 1.*) *& ante illos.* Auroræ *nuntius est stella Lucifer. Ait autem Pater æternus Filio, psal. 109. v. 3.* In splendoribus sanctorum, ex utero, ante Luciferum genui te. (307) *Matutini, Orientalis.* (308) *Phósphori.* (309) *Lucernæ.* (310) *Sedili, ex ebore: cuj insidebant, antiquitus, magistratus*

stratus majores. Horat. 1. Epistolar. (311) *Daniel. 7. v. 9.* Thronus ejus, flamma ignis: rotæ ejus, ignis accensus. (312) *Quod de Filio dicitur. cónvenit autem aliàs, & placido misericordiarum Patri*; Diffusa est Gratia in labiis tuis. *psal. 44. v. 3.* (313) Judicium sedit. *Daniel. 7. v. 10.* (314) *Ætna, montis in Sicilia. Virgil. in Ætna.* Ætna mihi, ruptíque cavîs Fornacibus ignes, Carmen erit, *&c.* (315) *Qui supremo, seu* novissimo, mundi Dici, *finem faciet; & quasi* Occasum, *ac noctem, inducet.* (316) *Psal. 96. v.* 3. Ignis ante ipsum (*Judicem*) præcedet (*die mundi novissimô*): & inflammabit in Circuitu inimicos ejus. (317) *In Judiciis*, Actor *est, qui* Accusat: *velut in Repetundarum Verrino judiciô M. Tull.* Cicero *fuit* (*hinc* & Actiones *inscribuntur*): *in Pisoniano*, C. *Jul. Cæsar.* (318) *Apocal. 5. simile quid legitur de Judicio. hic autem, Danielis clara sunt verba: cap. 7. v. 10.* Judicium sedit: & libri aperti sunt. (319) Fallacia, *versutia. Plautina vox. Græc.* τέχνη, ης, ars. (320) *Sapient. 5. v. 21. de Judicio supremo.* Ibunt directè emissiones fulgurum (*fulminis comitum.*) (321) *Sicut, pro Imperatorum castrensium prætoriis, ac portis, excubia stant prætoriana; & armigeri.* (322) *Beati Angeli*, divinæ justitiæ gladium ferentes: *ut loquitur S. Ignatius P. N. meditatione, de tertio peccato.* (323) Manus, *hôc locô, militari phrasi.*

pro multitudine *ſumitur*: *ut*, Marſa manus, Peligna cohors, feſtina virûm vis. *Quem verſum adfert Suſembrot*: *è Virgil. & Æn.* 2. Sed, glomerare manum (*i.e. colligere, contrahere, militarem aliquam multitudinem*) bellô, & concurrere in arcem Cum ſociis, ardent animi, &c. (324) Spiritus, in vindictam creati, in furore ſuo confirmaverunt tormenta. In tempore conſummationis (*ſæculi, Matth.* 24. *v.* 3.) effundent virtutẽ: & furorem ejus, qui fecit illos, placabunt. *Eccli.* 39. *à v.* 33. (325) *Scriptum eſt enim de Angelis pſal.* 102. *verſ.* 20. Omnes Angeli ejus, potentes virtute, δυνάμει, κράτει &c. (326) *Gehenna, Infernus: ubi ſedet rex manium, Lucifer*, πρωτοδιάβολος. (327) *Non tunc quidem; ſed, Meſſiâ moriente, refractis Tartari clauſtris, ruinam ſuam orſus Infernus eſt: Limbô Patrum, ejúſque deinceps uſu, abolitô.* (328) Infernus: *cujus amnis eſt, ſemper ardens, Phlegethon: ut crebriùs jam inculcatum ſuprà.* (329) Gehennæ. *ſuprà.* De hoc itâ S. *Daniel, de beſtia* (*Antichriſto*), *tanquam re jam factâ, loquens, que in fine demum mundi futura eſt*: *c.* 7. *v.* XI. Vidi, quoniam interfecta eſſet Beſtia, & corpus ejus traditum eſſet ad comburendum igni, *putà*, Sempiterno. (330) Beſtia *enim hæc* (*Antichriſtus*) *in mundum hunc, ſuo tempore, (plurimùm promovente illius, & adventum, & acta, prodigiáque menda-*

mendacissima Luciferô) *prodibit sic : ut, eum evomuisse ex oris sui barathro videri meritò possit infernalis* Draco. (331) *Hac ipsa bestia* (*Antichristus*)*; cujus horrenda forma, dentésque patuli oris, describuntur Danielis cap. 7. versu 7.* Bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis ; dentes ferreos habebat, magnos. dissimilis erat cæteris, quas videram. (332) *Quibus omnia proterebat* (*ibid.*) *& unguium utique sævitiâ lacerabat obvia, prostrata, & pedibus suis subjecta.* (333) *Plutonis camino Tartareo. Si sermo sit, de Antiocho Epiphane, figurâ Antichristi ; id jam factum est, & assiduè fit : si verò, de Antichristo ipso ; id fiet, tam certò, ac si factum jam nunc esset.* (334) *Tanquam in culina Plutonis, ac Proserpina, assatus : sicut illi duo, Veneris & Bacchi nepotes, apud Delrium, in Disquisitionibus magicis.* (335) Pater, à nullo est genitus. S. *Athanas. in Symbolo.* (336) *Christus*, Deus est, & Homo. Deus, ex substantia Patris, ante sæcula genitus. Homo, ex substantia matris in sæculo natus (*idem* S *Athanasii symbolum*) ex Maria Virgine (Symbol. *Apostolor.*) *perpetuâ. Vidit ergò Dei filium incarnandum* S. *Daniel ; ac si jam tum fuisset incarnatus ; prophetarum more : sicut &* S. *Isaias vidit, ceu jam natum. cap. 9. versu 6.* Parvulus natus est nobis, & Filius datus est nobis : &c. & vocabitur

nomen ejus, Deus &c. *Danielis autem, ista sunt verba, cap. 7. v. 13.* Ecce, cum nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat: & usque ad Antiquum dierum pervénit; & in conspectu ejus obtulerunt eum (*sicut postea Apocal. 12. v. 5.*): & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum. (337) *Cap. 7. v. 26.* Et Judicium sedebit; *præside nempe, & Judice, eô,* cuj pater omne judicium dedit, *Joan. 5. v. 22.* ut auferatur potentia (*Antichristi, & Sathanæ &c.*) *Ad* puteal *autem citabit omnes gentes:* (*ut ait Matth. 25, v. 32.*) *hoc est, ad locum, in quo Prætores olim, judicaturi inter partes litigantes, sedebant: qui locus Romæ in Comitio erat, ad* Aram, *cuj,* Puteal Libónis, *nomen fuit, ad levam Curiæ, ipsis in gradibus. Alii brevius.* Puteal, est Prætoris tribunal, aut Subsellium. *Rosinum vide, Antiqq. l. 9. c. 15.* (338) Gladium ancipitem, *seu, ut psalmô 2. v. 9. dicitur,* Virgam ferream, *à sinistra suî parte, ostendet,* (*& intentabit*) *gentibus, in Judicium adductis: sicut contrà,* Coronam, *ac sertum Victoriæ, bonis.* (339) *Sub S. Gabrielis, & aliorum cœlestium Angelorum, magisteriô, multa S. Danieli mysteria divinitus accepit.* (340) *S. Michaël, populi Judaici (Deo dedicati, ut suprà l. 2. probavi, de Balaámo) tunc custos, ac tutor. Danielis c. 10. v. 13. & v. ult. ait Gabriel Danieli.* Et ecce, Michaël, unus de principibus primis (*Angelicorum agminum*) venit in adjutorium meum.

Et

Et v. 21. Nemo est adjutor meus, in omnibus his; nisi Michaël, princeps vester. *i. e. populi Judaici.* (341) *Sic enim exponitur nomen ejus, in Interpretatione vocabulorum biblicâ: maximè, Sixtinâ.* (342) *Sub vexillis S. Michaëlis centuriata* copiæ Angelicæ. Manus, *pro* Multitudine militari: *ut paullò suprà.* (343) *Angelus.* (344) *Græcorum. Inter hos enim, præcipui Achivi.* Quidquid delirant reges (*Agamemnon, Menelaus, Achilles,*) plectuntur Achivi. *Horat. Græcorum caussa advocatus, ac tutor, Angelus, memoratur à* S. *Gabriele. c. 10. v. 20. f.* Cùm ego (*inquit*) egrederer: apparuit princeps Græcorum veniens. (345) *Domûs regiæ, seu Regni,* Macedonum. *quorum tutor erat, idem, qui* Græcorum, *Angelus.* Macetûm, *pro, Macetarum, per syncopen.* Macedones *enim, olim* Mácetæ *dicti. suprà.* (346) *Angelus*, Persarum princeps, *hoc est, præses, dictus à* S. *Daniele. c. 10. v. 12.* Princeps autem regni Persarum, restitit mihi (*cupiens, & interpellatione suâ adlaborans, diutiùs Babylone detineri Judaicum populum, pro salute Babyloniorum, & Persarum, promovendâ*) 21. diebus. *Hoc factum est annô* 3. *Cyri, regis* Persarum, (*c. 10. v. 1.*) *qui simul &* Babyloniorum rex, *annum jam tertium, erat, teste Salianô, in ann:* Cyri 3. *Unde proinde, qui Persarum Imperii, idem etiam regni Babylonici, tutor, ac patronus erat, Angelus.* (347) *Danielem.* (348) Mortis. *nam* Lachesis, *una trium est Parcarum;*

& præſes Sortium fatalium. (349) Achates, prima notionis vi, gemma: ſecundariè, Fidiſſimus ille Æneæ comes, & ſocius eſt. Æneid. 1. Rapidum ad naves præmittit Achatem. & — fidus quæ tela gerebat Achates. *ibid. Hôc locô, vox hæc utráque ſignificatione ſumitur.* Poſteriore *ſumpſit, noſtrâ memoriâ, Angelinus* Gazæus, Belga; elegiâ, de S. Angelo Cuſtode, verſu per ἐμβολισμόν, ſeu Intercalationem, crebriùs repetitô. Angele mi, bone dux animæ, bone mentis Achate. (350) Receptô namque, tritôque mutabilitatis humanæ more, etiam inter amicos, & Sodales; Tempora ſi fuerint nubila, Solus eris (*diffugient enim* Amici-Nominales) *Naſo*, 1. Triſt. el. 8. ubi plura in ſenſum, ac lumen, horum Jamborum. (351) Eſt Amicus, ſocius-menſæ: & non permanebit in die neceſſitatis. Lege & cætera, cap. ejuſd. à v. 1. uſque ad 18. (352) Tres pueri vulgò dicti: Ananias, Azarias, Miſaël; cum Daniele Babylonem Jeroſolymis abducti. Daniel: c. 1. & in fornacem poſtea miſſi, c. 3. (353) Nabuchodonóſoris: qui ſimul & Aſſyriam regebat, ejus monarchiâ eversâ, & pro ea Chaldæorum erectâ. Lege cap. Dan. 2. à v. 37. & c. 4. v. 25. & cap. 5. à v. 18. & Comment. Cornel. in c. 2. à v. 37. Mina verò illius, in 3. Juvenes iſtos jactæ, exprimuntur cap. 3. à v. 13. & ſeqq. uſque 21. (354) Fornax autem ſuccenſa erat nimis, v. 22. & erupit (*flamma*,) & incendit, quos

quos reperit juxta fornacem, *ministros regis &c. v. 48.* (355) *Dixit Nabuchodonosor*: Nónne tres viros misimus in medium Ignis, compeditos? & ecce, ego video Quatuor viros solutos: & species quarti, Similis Filio Dei, *cap. 3. à v. 91.* (356) *Æquè juvenis, ac tres illi; qui, Hebraô loquendi ritu*, Pueri *dicuntur*: *& Græcè* παῖδες. Angelus *quippe* Domini descendit cum Azaria, & sociis ejus, in fornacem. *Daniel 3. v. 49.* (357) Ventorum *omnium aura mitissima Zephyrus est, seu Favonius: qui flammis undequaq; plena obseptaq; fornaci, & antè, retrò, suprà, infrà, ad latera, impervia, resistensique, non potuit, nisi omnipotenti Numinis vi, per Angeli ministerium, sublabi, & irrepere. Intrâsse tamen, testatur S. Daniel.* Excussit (*inquit v. 49*) Angelus flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem. (358) Non cessabant ministri regis succendere fornacem, naphthâ, & stupâ, & pice, & malleolis: & effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem, *c. 3. v. 46. & 47.* (359) Et non tetigit eos omnino Ignis, neque contristavit, nec quidquam molestiæ intulit. *cap. 3. v. 30.* (360) *Satrapæ* (*Babylonii, &c.*) contemplabantur viros illos: quoniam nihil potestatis habuisset Ignis in corporibus eorum; & capillus capitis eorum non esset adustus,

& ſarabala eorum (*in Græco eſt*, τὰ σαράβαρα αὐτῶν, *tibialia, vel aliud veſtimenti Perſici genus*) non fuiſſent immutata: & odor Ignis non tranſiſſet per eos. (361) Erupit (*flamma de fornace*) & incendit, quos reperit juxta fornacem, de Chaldæis, *clibani ſuccenſoribus.* (362) Trium *nempe* puerorum, *veluti pædagogum, Danielem, & magiſtrum morum*; *ut appareat ex iis, quæ cap. 1. v. 4. v. 6. & magis v. 8. & 9. & 11. ac v. 17. & 21. de eo legis.* (363) Suis, *non modò privatis ad conſtantiam in religione cohortationibus, ſed etiam pietatis exemplis: quale fuit, Daniel. cap. 6. v. 10. & 13. &c.* (364) *Deus, & Sancti Angeli, pietatem Danielis remunerantes.* (365) *Leonum*; *quorum rictibus præreptus fuit. 1. Machab. 2. v. 60.* (366) *Incantatorum, carminibus præſtigioſis leones mitigantium, ut* Circe. *Æneid. 7. ſub initium.* (367) *Muſicorum.* (368) *Angelorum cœleſtium.* (369) *Hoc eſt, quo lætatur* S. *Daniel. c. 6. v. 22.* Deus meus miſit Angelum ſuum: & concluſit ora Leonum: & non nocuerunt mihi. (370) *Hiſtoria, de conjecto in lacum Babylonium Daniele, refertur Dan. c. 14. à v. 22. uſque ad fin.* (371) *De incluſione verò illius, in lacum leonum in Media, ſub Dario Cyáxare, cap. 6. uſque ad f. à v. 1.* (372) *Locô, ſaxeis parietibus undique munitô, & ſupernè quoq; clausô: in quo nutriebantur feræ; maximéq;* Leones. (373) *Daniel,*

vir

vir verè magna, & mentis, & fiducia in Deum: in quo nulla læsio (*inquit rex Darius*) inventa est: quia credidit Deo suo. *Dan. c. 6. v. 23.* (374) Mola, *Latinitatis idoneis auctoribus, etiam* mandibulam *significat. unde*, Dentes molares; *qui cibum cómmolunt. & de Leonum efferis dentibus psalmus ait 57. v. 7.* Molas Leonum confringet Dominus. (375) *Danielis propheta.* (376) *Illius nempe: cujus ministeriô, esurienti propheta cibus est adportatus.* (377) Daniel ctedidit Deo suo. *cap. 6. v. 23. suprà.* (378) *Hæc historia, Danielis, in lacu leonum Babyloniô per Habacuc pasti, refertur Dan. 14. à v. 27. usque ad fin. Hic verò, ut dicitur v. 32. erat in Judæa: non tamen Jerosolymis, sed in agro suburbano, ad Austrum; & Bethlehemiticis in finibus, saltem extremis, Jerosolymam versùs: ut aliquid etiam Adrichomii sententia demus, in tabula Jerosolym: Vide & Salianum in ann. Mun. 3473. n. 5. Epit. majoris.* (379) Propheta. *sicut expressè vocatur cap. 14. Danielis, versu 32.* (380) *Dum Angelus ora leonum, temperatô eorum stomachi naturali calore, continet; ne Danielem lacerarent (ut locô, modò citatô, Salian. docet) ne fame interea ipsemet Daniel pereat: idem Angelus Habacúcum, in Judæa, momentaneô volatu, cónvenit; pulmentum messoribus suis ferentem in alveolo. Hunc, apprehensum vertice, capillóq; capitis suspensum tenens, portat Babylonem; ac statuit*

ſupra lacum Leonum, in quo Daniel ſedebat: cap. 14. à verſu 32. uſque 36. (381) *Ex agro, meſſe jam maturâ; partimque jam reſecari cœptâ, partim (utì ferè fit) etiamnum ibi ſtante, plenô.* Ceres, *Dea frugum priſcis habita. ſuprà.* (382) *Bethlehemiticis. Bethlehem enim, antiquitus* Ephráta *quoque dicebatur. ſuprà, in libr. 1. ad fin.* (383) Penus, *dicitur omne, quo cibaria, ſeu eſculenta, adſervantur. Item, alimentum ipſum. Virg. Æn. 1. f.* Cura, penum ſtruere—*Hîc, pro* pulmento meſſorum *ponitur. de quo paullò antè.* (384) Babylonem: *ubi Tigridis & Euphratis amnium* Confluentes *ſunt: utì Tabella chorographicâ propriâ alibi expreſſi.* (385) S. *Daniel, propheta; hinc ſitu ſqualoréque Vivarii leonini; indè verò inediâ gravî, extremè laborans.* (386) Lunâ: *hoc eſt, nocte. Sex namque ipſos dies, ac totidem noctes, permanſerat jejunus, crudelitate Babyloniorum, Daniel. cap. 14. v. 30.* (387) *id eſt:* pulmentum; *& panes, quos Habacuc intriverat in alveolo, hoc eſt,* in lance, vel gábatâ, offam; *ut exponit loc. ſuprà cit. Jacobus Salianus. Apud Madaurenſem, invenis &* polentam caſeatam: *hoc eſt, caſeô miſtam, & pulte, è frixo hordeo, ſubacto. De* polenta *quoque, & azymis panibus, feſtô paſcha comeſtis, è recentibus illius anni frugibus, agit lib. Joſuæ cap. 5. v. XI.* (388) *Non potuit* pultis *illius tam ingens & magna eſſe copia, quæ 6. dierum annonam compenſaret: quippe, quæ*

alvcolô

alvcolô exiguô *continueretur. Item*; Parvâ pulte *vita S. Danielis sustentata dicitur : quia cibô vili, ac plebejo: quémque delicati, ac saturi, fastidirent.*

VI. (389) *Plures namque fuerunt Zachariæ: ut, Jojadæ filius,* (v.g.) 2. Paralip. cap. 24. v. 20. Zacharias, (*si tamen diversus sit*) *Barachiæ filius alterius; cujus vaticinia scripta non habemus*: Zacharias, *Barachiæ filius, nepos Addo; cujus vaticinia scripta habemus*: Zacharias, S. Joan. Baptistæ pater; *cujus prophetiam in Canticо, Luc. 1. habemus.* (390) *Locum enim habet, & splendorem æternum, inter 12. prophetas minores, Quatuordecim capitibus; ab Ecclesia quoque, & non à Synagoga duntaxat, canonicè receptis.* (391) *Prophetæ enim quondam appellabantur* VIDENTES. 1. regum cap. 9. v. 9. (392) *Amphitheatralem*: *cujusmodi hoc est* Opus, *quod* Amphitheatrum *primò omnium inscribebatur. In* Circo *quoque* Maximo *Romæ, Ludi, & Spectacula, edebantur: &, ornamenti caussâ, gypsata Deorum imagines, & spolia hostium, suspendi solebant, & ostentari: quin & nuces illic, & fractum cicer, & aqua, à servis, bajulisq; circumferri. Rosin. Antiqq. l. 5. c. 5.* (393) Contraria, inter se opposita, magìs elucescunt. *tritũ scholis.* (394) *Apparitionibus, phænomenis cœlestibus &c.* (395) *Angelus, Prophetæ Zachariæ familiaris.* (396) τὸν ἄνδρα θεοφαδῆ. *Tales dicũt*

in

in aſceticis, eos, qui, divinis in contemplationibus paſſivè *ſe magìs habent; quàm* activè, *& proprio labore.* (397) *Angelus, S. Zachariæ paredrus cœleſtis.* (398) *Nunc quidem in S. Zacharia ſedens & loquens: aliàs autem egrediens, & foràs colloquens. Zach. cap. 1. v. 13. & 14. & 19. c. 2. v. 3. & cap. 4. v. 1. & paſſim al:* (399) *E captivitate Babylonicâ, unà cum S. Aggæo prophetâ, reverſus Jeroſolymam fuerat S. Zacharias hic: ut prologus docet in Zachariam.* (400) *Et tamen, finitô licèt jam annô 70. captivitatis fatali, agrè tardéque ſe Jeroſolyma, (à Nabuchodonoſore olim exciſa,) Judæáque, & cum his Zacharias, in fortunis, ac facultatibus ſuis, colligebant. Salianum vide in ann. mun. 3462. n. 6. & 7. epit. majoris.* (401) *Spiritûs Sancti: cujus templum cùm ſint corpora noſtra (1. ad Corinth. c. 6. v. 19.) quantò magìs ejus habitacula Sancti prophetæ ſunt?* (402) *Quia Spiritus S. in Angelo (qui frequenter Zachariam inſidebat), ex eodem etiam decreta judiciáq; proferebat.* (403) *Spiritus S. in eodem ſedens Spiritu Angelico, loquens in Zacharia; velut è quodam ſacerdotali Sanctuario, reſponſa edebat.* Imum *porrò* cor, *dicitur & pro* Intimo. *Virgil. lib. 6. Æneid.* —

Fudítque preces rex pectore ab imo. (404)

Jus aliud eſt, Sacrum ac divinum; aliud profanum & humanum. Quæ Angelus è Zacharia proferebat; ſancta erant, & prophetica, cœlô allata.

lata. 2. *Petri cap.* 1. *fin.* (405) ἄδυτον, *locus* (& *præsertim sacer*), *non cujuis pervius, & subeundus*: Sacrarium, *suprà. Virgil. l.* 5. *init.* Dixerat hæc; adytis cùm lubricus anguis ab imis &c. (406) Themis, *priscus Dea*; *docens petere aqua, & licita*: *cujus, in Bœotia quondam templum.* Ovid. *de Deucal. & Pyrrha.* Fatidicámque Themin, quæ nunc oracula fundit, &c. *Exponitur*, Fas, *aut* Licitum, Jus, æquum (*ut hîc sumitur*). *Herman. Torrent.* (407) *Commercl, pro Commercii, sicut Imperl, pro Imperii, & similia alia*; *perquam usitata sunt Senecæ in tragœdiis.* (408) S. *Zacharias.* (409) *Luna: cujus* epitheton *est* Trivia, *aquè, ac superiùs Cynthia, & alibi Delia, Latonia, Phœbe.* &c. (410) *Herois insignis, in sidera* (*ut prisci credebant*) *relati, ad pedes Andrómedæ*; *ut ait l.* 2. *de nat. Deorum Cicero. cujus etiam* harpe, *seu falcatus ensis, & equus alatus, per aëra cum eo volitans, celebrantur à Nasone Metamorph.* 4. *fab.* XI. *& l.* 5. *fab.* 1. *Tolle fabulam, ac figmentum: & aliquid Pérseo, ejúsquè astucóni, simile habent Equestres Zachariæ Angeli. cap.* 1. *à v.* 8. *de quibus infrà. Haud dubium interim est; quin illâ tunc nocte S. Zacharias, utpote serenâ, non Angelos solùm equestres, sed & alia cœli nocturni spectacula, oculis hauserit: putà, præter Pérseum* —Sidera cuncta notans, tacitô labentia cœlo, Arctúiũ, pluviásque Hyadas, geminósque Triones,

Arma-

Armatúmque auró luſtraverit Orióna. *Vide Æneid. 3. longè ante finem, Palinúrum.* (411) Harpâ, *de qua ſuprà; ad latus è cingulo militari.* (412) Inter myrtéta; quæ erant in profundo, *ait Zach. c. 1. v. 8. adeóq; in* valle, *locô nemorali, ſeu fruticoſo; inter duos utrimque montes procumbentes. Locus porrò Zachariæ, videntis per noctem Angelos (ut eos etiam Salianus exponit) eſt iſte, cap. 1. à v. 8.* Vidi per noctem: & ecce, vir, aſcendens ſuper equum rufum: & ipſe ſtabat inter myrteta, quæ erant in profundo: & poſt eum equi rufi, varii, & albi: & dixi; Quid ſunt iſti, Domine mi? Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me: Ego oſtendam tibi, quid ſint hæc. Et reſpondit vir, qui ſtabat inter myrteta, & dixit: Iſti ſunt, quos miſit Dominus, ut perambulent terram, (*Angeli nimirum.*) Et reſponderunt (*alii nempe Angeli*) Angelo Domini, qui ſtabat inter myrteta, & dixerunt; Perambulavimus terram &c. *His lectis, & præcognitis, clariores jam erunt lectori verſus, & hi, & aliquot ſequentes: qui cæteroqui denſa nubis forent.* (413) *Propertius libr. 2. eleg. 29.* Viſa, nec oſtrinâ cùm fuit in tunica. (414) *Utpote, in pelle equorum ruforum. Zachar. 1. v. 8. ſuprà.* (415) *Propriè,* Equus Cáſtorum fratrum: *quos, ferebant, inter aſtra relatos. Herman. Torrentin. Hic autem, pro quovis ponitur*

tur equo cœlesti, seu Eliæ 4. reg. cap. 2. versu XI. seu Angelicô. (416) *Nam & Enoch raptus in cœlum fuit aërium, ut de Elia Thesbitâ S. Gregorius M. differit, homil. 29. in Evang.*) *ac fortassis & ipse curru Angelicô. Vide Eccli. lib. in cap. 44. v. 16.* Enoch translatus est in Paradisum: ut det—(417) *Parùm enim splendet, aut triumphat; qui sine comitatu triumphat, aut conspici cupit.* (418) *Equestre agmen, igneum, & flammas diffundens: quale S. Eliæ 4. reg. 2. citatô. aut S Elisæi, eod. l. cap. 6. versu 17.* (419) *Equestris. equi namque maximè* Sonipedum *nomine à poëtis celebrantur. Virgil. 4. Æn.* Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit. (420) *De quibus Maro 7. Æneid.* Absenti Æneæ currum, geminósque jugales, (*i. e. equos, mittit*) Semine ab ætherio, spirantes naribus ignem, Illorum de gente, patri quos dædala Circe, Suppositâ de matre nothos furata, creavit. (421) Spadíceum *colorem Adr. Jun. vocat, lingua Alemannicâ,* Käſtenbraun/ & Braunroth. *castanearum colorem.* (422) Coccus, &, coccum, *græcè,* κόκκος, *granum rubens: è quo, bienni triennique, expressus succus, vestes imbuit, purpura laudi proximas. unde &* Cóccina, *ac coccinea, subinde idẽ, quod purpurea.* (423) *Et pardorum genus, & tigridum, esse* guttata; *Hispana quoq; lingua innuit; qua* Tigridem (*ferã maculosam*) nomi-

nominat Hombra del pardo. *Junius.* (424) Gallinæ Africanæ: *quam indicat etiam Arbiter, in hendecasyllabis.* Aut Afræ volucres placent palato. *Numidicas* (*quia & in Numidia, juxta Getúlos positâ, reperiuntur*), *appellat idem Arbiter in senariis Publianis.* Gallina tibi Numidica, tibi gallus spado. *&c. Sunt autem & hæ volucres* guttatæ. *Et tales erant equi Zachariæ VARII. cap. 1. v. 8.* (425) *pro* hinniebat. *κατ' ἀρχαϊσμόν. sicut apud Maron. Æneid. L. 8.* Certatim squamis serpentûm, auroq;, *polibant. pro, poliebant. Emman. Alvarum vide, ad Conjugationem Verborum quartam, editionis antiquæ.* Sic *&* *l. 4. Æneid. Virgil.* Lenibant curas, & corda, oblita laborum. *&* *Æneid. 7. v. 484.. & 485. quem matris ab ubere raptum* Nutrîbant. *&* *l. Æn. XI. v. 581. & 583. lacte ferinô* Nutribat. *&* *Catul. epig. 85.* Audîbant, *de Ario. Et in nupt. Pelei, carm. 65.* Custodibant *calathisci. & ille, nescio quis, Hinnulei pellis totos* operîbat; *quæ per metaplasmum, ac Syncopen, ut plurima alia generis hujus, fiunt. de quibus idem Emman. l. 3. §. peculiari, ante fin. agit.* (426) Cornipede grege. *i. e.* equîs. *Virg. l. 7. Æn. a. f.* -Triviæ templô, lucisque sacratis, Cornipedes arcentur equi. &c. (427) *Græcè, Φητιαλεῖς,* Sacerdotes, *pacis ac belli, non,* auctores (*ut quidam ait*) *sed* publici denuntiatores, *seu Indictores: à Numa*

Pom-

Pompilio instituti. Plutarch. in Camillo. (428) Angeli: *sicut & Pérseo Naso l. 4. Metam. f. & Mercurio Maro 4. Æneid.* talaria *pedum tribunt* alata. (429) *Maris, cujus Dea,* Thetis *credita. suprà.* (430) *Semper veteribus* olivæ *ramus, manibus prælatus, signum est habitum Pacis, aut ostentata, aut postulata. Maro l. 7. Æn.* Centum oratores, augusta ad mœnia regis Ire, jubet, ramîs velatos Palladis omnes: Donáque ferre viro, Pacémque exposcere Teucris. (431) *Denuntiatores, & oblatores pacis, olivæ auspiciô.* Angelos *esse,* Pacis *bajulos, ac studiosos; patet ex Isaiæ cap. 33. v. 7.* Ultores *verò, Pacis. osorum; patuit suprà l. 2. ante f. è clade Sennacheribi: quam castris ejus gladius Angelicus intulit.* (432) *Pes primus, procelevsmaticus est.* (433) *Zachar. 2. v. 1.* Et levavi oculos meos, & vidi: & ecce, vir (*Angelus, habitu archi-tecti*) *& in manu ejus, funiculus mensorum* (*perpendicularis nempe, ad dimetiendum ingens valde, altissimúmque, ædificium*): *cuj proinde adjungi oportuit plumbi, non plumeum, pondus. Germani vocant,* den Sänckel. *Vide Zachar. cap. 4. v. 10. de lapide stanneo; & ibi Steph. Menoch.* (434) Angelus. *Non è fabrorum terrestrium, sed cœlestium opificum, censu.* Fabrûm *porrò, quàm* Fabrorum, (*in castrensi præsertim argumentô*), *maluisse dicere Ciceronem, & alios, ætatis aureæ classicos; invenies apud Emmanuel. Alvarum, tit.* Syncope, *post Quin-*

tam

sam declinationem nominum. (435) Ante tempus. *nondum enim eô tempore, quo Angelus hic architectonicô more metiebatur illud ingens ædificium, natus erat* Vitruvius (*quem, per Antonomasiam, pro insigni ædificandi artifice usurpare solemus*); *sed primùm, post annos ferè* 520. *Is,* Marcus Pollio, *cognomentô* (*ut quidam scribunt*) Victrivius; *ut Thom. Dempsterus*, Victruvius; *ut vulgus*, Vitruvius; *Augusti vixit ævô*: Scriptor (*sicut idem Dempsterus ait, in Crisi auctorum,*) egregius & eruditus. (436) *Templum Jerosolymitanum*; *figuram* Ecclesiæ *Dei, quam* Domum Dei S. *Paulus æquè nominat. 1. ad Timoth. cap. 3. versu 15.* In Domo Dei, quæ est Ecclesia &c. (437) *Angelus*; *quem cum funiculo mensorio vidit* S. *Zacharias.* (438) *Lineis præviis adnotando longitudinem, latitudinem, & altitudinem ædificii: quam* Ichnographiam *vocant.* (439) *Delineata. Germani dicunt*; Mit einem/ am Spitz geneꝛten Rôttel/ entworffne Schantzen der Guardi-Knechten. (440) *Speculatoriis turribus.* De Pharis *suprà, etiam in Notis ad libr. 1. hujus operis.* Spes *porrò, Magnanima meritò dicitur*; *si* (*ut hôc locô*) Spem *intelligamus illam, quæ ex tribus virtutibus Theologicis una est*; *cùm hujus* objectum *sit*, Bonum, *non quodvis obvium, sed* Divinum, *adeóque* Arduum; *cum Divino tamen auxilio obtinendum.* S. *Thom. 22. q. 17. artic. 2. & q. 18. art. 1. in c. ut adeò,*

sic

sic Speranti, *inclamari possit illud Sibyllæ Æneid: 6.* Nunc *Animis* opus, Ænea, nunc pectore totô. (441) *Isaiæ cap. 62. v. 6.* Super muros tuos, Jerusalem (*Ecclesia*) constituì Custodes. tota die, & tota Nocte, in perpetuum, non tacebunt: *&, è consequenti, nec dormient, nec dormitabunt.* (442) *Jerosolyma mystica; quæ est Ecclesia Orthodoxa, toto terrarum orbe diffusa: cujus, è cœlo, descensum posthac, ante 16. jam sæcula,* S. *etiam* Joannes *vidit Apocalyps. c. 21. v. 2.* (443) Tectum. *Spiritus enim Sanctus, qui est* Ignis *divinus, & qui, ut Ignis, in monte Sione, die Pentecostês, super capita prima Ecclesiæ, 120. circiter hominum, tentorii flammei instar, incubuit;* tectum *se quodammodo arcis illius Ecclesiastica præbuit.* Sic *Lauretana Domûs* tectum, *ad 8. Septemb. subinde ignibus colluxit. Turselli. l. 1. Laur.* (444) *Zachar. 2. v. 5.* Ego ero ei (*Jerosolyma mystica, Ecclesia nempe militanti,*) ait Dominus, murus Ignis, in circuitu. (445) Græci maris. *Dores enim, Græciæ populi;* & Doris, *regio, ac peninsula est, Asiæ Græcanicæ; inter maria, Carpathium, ac Myrtóum, sita.* (446) *In mare Orientale quodvis: ut est, Sinus Persicus, mare Erythræum, mare Indicum.* (447) *Mare Occidentale: cujusmodi præsertim est, Oceanus Atlanticus.* (448) Naves. Sic *enim & Virgil. de classe Æneæ, lib.* 3. Postquã altũ tenuêre rates, nec jam ampliùs ullæ Apparent terræ; cœlum undiq;, & undiq; Pontus.

(449)

(449) Quò margarita cara, tribacca, Indica? *Publius, apud Arbitrum.* Salutis *autem* margarita *dicitur*; *alludendo ad illud Christi, Matth. 13. v. 45.* Simile est regnum cœlorum homini negotiatori (ἐμπόρῳ, *institori, mercatori, gemmario,*) quærenti bonas margaritas. Inventâ autem unâ pretiosâ. &c. *cujusmodi est, inter cæteras, etiam* assecutio Salutis, *eáque* Finalis (*ut ascetæ loquuntur*): *de qua, explicationes vide* SS. *Patrum,& Doctorum Ecclesiæ, apud Divum Thom. Caten. aur. in c. 13. Matth.* (450) Mare Indicum (*cujus pars est, etiam* Sinus Gangeticus,) *littoribus gemmas margaritásque infundit: unde terrarum illæ plagæ magnopere ditantur*: Q. *Curtio teste, l. 8. c. 9.* Sed Salutis, *quæ per Christum est*, margaritam, *nec ævô Zachariæ, nec Alexandri Macedonis, accolæ Gangis, & maris Indici, viderunt unquam. donec eò demũ institor, & gemmarius, è Galilæo veniens mari, S. Thomas Apostolus est appulsus.* (451) *Imitatione* S. *Pauli.* Omnia detrimentum feci, & arbitror, ut stercora; ut Christum lucrifaciam. *Philippens. c. 3. versu 8.* (452) *Pro*, Pretii, *per Synæresin: ut multa alia id genus vocabula, apud Senecam, v. g.* Status, & cadentis Imperl moles, labet. *Oedip. Actu 1. longiusculè ante fin.* (453) *Multi, margaritæ hujus cœlestis gemmarii, præcones nimirum* Salutis, *&* Evangelii, *profecti ad Orientis, & Occidentis regna,*

eò a-

(449)

eô animô; ut illic pro gloria Christi mortem oppeterent; affectârũt triumphalem amictum illum, de quo canit Ecclesia; O, quàm glorioſum eſt Regnum, in quo cum Chriſto gaudent omnes Sancti: amicti *Stolis albis* (*græcè,* περιβεβλημένοι στολὰς λευκάς, ſtolas ſplendidas, *rutilas, albas*) *Apocal. 7. p. med.* (454) Nuptiæ caſtæ, *virgineæ; cum Sponſo Chriſto contrahendæ quondam, in ſanctiore Eccleſia.* (455) *Illius ſacri* convivii, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis ejus, mens impletur Gratiâ. *Poſſunt autem hæc etiam capi, de dapibus Eccleſiæ primitivæ, quas* Agapas *appellabant, apud Baronium in ann. Chriſti 57. num. 39. & 40. Epitomês Spond. de quibus nec* C. *Plinius Junior ſiluit l. 10. epiſt. 97. ad Trajanum:* Affirmabant (*quoque Chriſtiani comprehenſi,*) morem ſibi fuiſſe coëundi, ad capiendum cibum, promiſcuum tamen, & innoxium. *cætera, apud ipſum vide.* (456) In illa die, (*tempore Legis Gratiæ*) vocabit vir amicum ſuum. *Zachar. 3. v. 10.* (457) *In ſacris illis vinum libabitur* (*in Euchariſtiæ nempe, ſacrâque liturgiâ,*) *Sanguis Chriſti, de uva illa, de qua Canticor. 1. v. 14.* Botrus Cypri, dilectus meus. *Cyprus* (*ait in hunc locum Stephanus Menochius*) *arbuſcula eſt, frequens in* Syria, *&* Judæa; *potiſſimúmque in vineis Engaddi, comâ odoratiſſimâ*) *apud Plin. lib. 12. cap. 24.*) *juxta quam*

arbuſculam natæ vites, *in botris ſaporem referebant, & odorem, cyprinum: ſicut ſanè de unguentis etiam cyprinis narrat Athenæus, citatus à me in Ruina Antiochi Epiphanis.* (458) *Joan. 15. à v. 1.* Ego ſum vitis vera. *&c. & infrà, v. 5.* Ego ſum vitis. (459) *Citatô cap. 15. Joan. v. 5. dixit Chriſtus*; Ego ſum vitis, Vos (*XI. apoſtoli*) palmites. Qui manet in me, hic fert fructum— *princeps ergò* Palmes, *inter illos undecim, erat princeps Apoſtolorum*, S. *Petrus.* (460) *Zachariâ, filiô Barachiæ. patronym.* Barachíades, *aut per contractionem, vel ſynareſin*, Barachîdes, *à primitivo Baracheías, æ, ſicut apud Virgil. Æn. 9.* Ænîde, *pro Æneade, vel Æniade, ab* αἰνείας. *etſi, ſalvâ* Senarii *lege, poſſis etiam legere* Barachiade: *ut ſit pyrrichius, cum anapæſto.* (461) Indicem digitum, *Græcis* μυϛαγωγικόν, *id eſt*, in Sacris cuncta monſtrantem ei, *qui per templa* circumducitur. (462) S. Zacharias; qui hæc tã miranda vidit. (463) *Septem enim ſunt errantes ſtellæ, ſeu* Planetæ. *Totidem vidit* Oculos S. *Zacharias.* (464) *Zach. 4. v. 10.* Septem iſti Oculi ſunt Domini (*ſive jam ſuper* lapidem ſtanneum, *in manu Zorobabel, cujus meminit verſus* 10. *cap. 4. ſive ſuper* lapidem *illum alium* primarium, *de quo v. 7.*): *&, quid* Oculi *hi portenderint*, Senarii *ſequentes indicant.* (465) Zacharias, & prophæta *pariter*, & eccleſiaſtes, *Judæa.* (466) *Eun-*

dem

dem prophetam, Barachia filium. Barachiades, æ; vel is: sicut ab Anchises, Anchisiades; ab Amyntas, Amyntiades: & melius, à Pheretias, Pheretiades, παιξόνυμικως. (467) Angelus. *Zach. 4. v. 10.* (468) *Ibid.* Septem isti Oculi Domini sunt, qui discurrunt in universam terrā: *sicut ii, qui idem officium obibant cap. 1. v. 9. & v. 11. instar* Circitorum *castrensium, lustrandis vigiliis intentorum. de quibus dixi in Ortu & Occasu Reip. vet. Romanæ.* (469) *Zachar. 6. à v. 1.* Et conversus sum, & levavi oculos meos, & vidi. & ecce! Quatuor Quadrigæ egredientes, de medio Duorum montium: & montes, montes ærei: in Quadriga prima, equi rufi: & in quadriga secunda, equi nigri: & in Quadriga tertia, equi albi: & in Quadriga quarta, equi varii, & fortes. (470) *Currum, rhedam, Aquilonaribus populis, ac nominatim Britannis olim, usitatum. unde* equi covinarii, *Cornelio Tacito, in vita Julii Agricolæ.* (471) *Etiam hæc, vehiculi, maximéq; Septentrionalis, genus. Juvenal.* Frigida circumagunt pigri sarráca bootæ: *suprà.* (472) Quatuor venti, à quatuor cœli plagis. (473) *Visis quatuor Quadrigis his, ait S. Zachar. c. 6 à v. 4.* Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me; Quid sunt hæc, Domine mi? Et respondit Angelus, & ait ad me: Isti sunt Quatuor Venti cœli, qui egrediuntur, ut stent coram dominatore omnis terræ.

(*Quadrigæ* unius) equi, qui nigri, egrediebantur in terram Aquilonis: & albi egressi sunt post eos: & Varii, egressi sunt ad terram Austri. Qui autem erant robustissimi, exierunt; & quærebant ire, & discurrere (*janéque volitare*) per omnem terram. *Hi erant Angeli. id quod etiam perspicuè colligitur è v. 8. capitis istius 8.* (474) *Equô* alatô *in* pedibus, *incredibilis pernicitatis, sicut jumenta illa Orientis, quæ* S. *Isaias cap. 60. v. 6. vocat* Dromedarios Madian. δρόμος *enim* cursum *significat Græcis. indè* δρομὰς, άδος, *notat* γυναῖκα *vagatricem: piscem item certum, præcelerem; navem cursoriam; &, hoc loco,* belluam cursoriam, *allegoricè pro* Angelo *sumptam. Crispinum vide, è Guarino, v.* δρομάς. (475) *Sicubi bene homines, & sicubi perperam, agant in orbe.* (476) *Sancto videlicet Zachariæ.* (477) Illustrationem *enim novam ab Angelo suo propheta hic accepit, & hausit divinitus.* (478) *Jam retrorsum, & post tergum pulsa: ad ipsum Auroræ exortum, juxta loquendi modum* S. *Pauli, ad Romanos cap. 13. v. 12.* Nox præcessit, dies autem (*& tempus Legis Gratiæ*) appropinquavit. (479) *De quo* S. *Simeon Justus ait Luc. 2. v.* 32. Lumen ad revelationem gentium. *&c. qui &* Lux mundi, *Christus*, Joannis 9. *v.* 5. Sol Justitiæ, Conditor siderum. (480) *Zachar. 6. v. 12,* Ecce, Vir-Oriens, nomen ejus. *Idem*

& cap.

& cap. 3. v. 8. Quod innuit & alius Zacharias Luc. 1. v. 78. Per viscera mis. Dei, in quibus visitavit nos Oriens (Dei *filius, homo factus,*) ex alto. (481) *Illa verba,* Ecce, Vir-Oriens, &c *propriè, & ad litteram, non de* Jesu, *Josedéchi filiô, dicta sunt, sed, ut summùm, de eo, ut figurâ quadam, & typô* Jesu, *filii Dei, & Mariæ Virginis: in quem genuinè conveniunt; adeò, ut hoc ipso elogio celebratus fuerit jam antehac à* S. *Isaia cap. 41. v. 2.* Quis suscitavit ab Oriente Justum? *& postea à* S. *Malachia c. 4. v. 2.* Et Orietur vobis, timentibus nomen meum, Sol Justitiæ, *nempe Christus.* (482) *Ait* S. *Zacharias cap. 3. v. 1. & seqq.* Et ostendit mihi Dominus (*aut, ut aliàs, locô Dei, Angelus*) Jesum, Sacerdotem magnum, stantem coram Angelo Domini: *putà,* S. *Michaële:* ostendit, *inquam, ei talem, qualis revera ille Christi figura futurus esset, & typus prodromus* Jesu *Nazareni: & ut, talis esse, à propheta Zacharia posset agnosci.* (483) *Figuram* futuri, *ex forma & habitu* præsentis. (484) Jesus *iste, aliter &* Josue *dictus, qui* S. *Zachariæ monstratus fuerat, stans coram Angelo Domini; summus Judæorum Pontifex erat, annum jam circiter 17. Ante hunc autem, pontifex itidem fuerat* Josedécus, *seu* Jösedéchus, *pater* Jesu: *& ante Josedéchum,* Saraias, *Josedechi pater, Jesu pontificis avus: Nabuchodonósoris gladiô Reblathæ, sub Libano, sublatus; claræ omnes originis, ac statûs.* (485) Flamen,

hôc locô, non neutrum, ſed maſculinũ; Sacerdotẽ *ſignificat*: *ſicut*, *Flamen Dialis*, *Martialis*, *Apollinaris*, *Auguſtalis*, *&c.* (486) *Pontificatu Foſedéchi.* (487) *Suómet*, *annorum jam ſeptemdecim*, *pontificio magiſtratu.* (488) *De quo vaticinans S. David*, *ait ad eum*, *ore cœleſtis patris*, *pſ.* 109. *v.* 9. Tu es Sacerdos in æternum. *&c. & de quo S. Paulus ad Hebr.* 4. *v.* 14. Habentes ergò Pontificem magnum, qui penetravit cœlos, JESUM, filium Dei; *&c. Tempore autem Zacharia hujus*, *nondum in carne* venerat; *ſed* Venturus *erat.* (489) *E virgineo B. MARIÆ uterô.* Nympha *enim*, *& puellam notat*: *ac* flos intactus, *puella virginitatem. Catull: in epithal.* Veſper *&c. ſuprà.* (490) *Jeroſolymorum templi Sacerdos ſummus*, Jeſus, *ſeu* Joſua, *fil. Joſedechi.* (491) *Hæc omnia feciſſe Pontificem quoque* (*& nec Aarone quidem excepiô*, πρωτοιεράρχῃ,) *patet: de* thure *quidem*, *quod pars erat* thymiamatis, *è libri Exodi cap.* 30. *v* 34. *& ſeqq.* De luminis *autem curâ*, *ut accenſum jugiter radiaret in tabernaculo Domini*, *liquet è cap* 27. *Exodi v.* 20. (492) *In illa Zachariæ viſione*, *cap.* 3. *à v.* 1. *expreſsâ.* (493) *Non Joſuæ ducis*: *nec Jeſu Foſedéchidæ*: *nec Jeſu Siráciday*; *ſed* JESU Nazareni: *cui* Pater dedit omnia in manus, *Joan.* 13. *v.* 3. & nomen, quod eſt ſuper omne nomen; ut in Nomine JESU flectatur omne genu, &c. *ad Philipp.* 2. *v.* 9.

(494)

(494) De JESU *enim, quasi ex ejus ore loquens, prædixit David, ps. 87. v. 16.* Pauper sum ego, & in Laboribus à Juventute mea. (495) *Sicut libro 1. Jacobum patriarcham,* Campum *dixi, & explicavi,* Laborum Angelicorum; *ità hîc Dominum* JESUM, Patientiæ campum: *quem annis superioribus clarè expandit ostenditque autor pii valde Libelli, cuj Inscriptio est,* Crux Christi perpetua. *Dux autem patientiæ est: quia* Passus est, *teste S. Petrô, epist. 1. c. 2. v. 21.* nobis relinquens exemplum *patiendi*; ut sequamur, *tanquam Ducis præeuntis,* vestigia ejus. (496) *Passim: at nominatim Matth. 16. v. 24.* Siquis vult post me venire, abneget semetipsum; & tollat Crucem suam: & sequatur me. *Eadem habet ferè S. Lucas c. 9. v. 23.* (497) *Orientalium terrarum facilè principis tunc Urbis,* Jerololymæ. (498) *Judiciariô, non mercatoriô, rerúmque venalium.* (499) Jesus autem stetit ante præsidem. *Matth. 27. v. 11.* & *Jesus, Josedéchi fil. figura Jesu Nazareni,* indutus vestibus sordidis (*quæ* Reorum *sunt*) stabat ante faciem Angeli. *Zach. 3. v. 3.* (500) *S. Lucas c. 22. v. 66.* Et, ut factus est dies, (*Parascevês*) convenerunt Seniores plebis, & principes Sacerdotum, & Scribæ: & duxerunt eum in Concilium suum, dicentes; Si tu es Christus, dic nobis. (501) *Olere nunc malè, quondámque oluisse nonnunquam malè, Judæos; suprà adnotavi, libri secundi Observatiuncula.*

Populus autem tunc Judæorum, ut circa Paſcha fieri conſueverat, univerſus præſtò erat. (502) *Pontii Pilati: ſicut eum &* Cornel. *Tacitus nominat in hoc ipſo Judicii nefandi actu: Annalium l.* 15. (503) *Joan. 19. v. 1.* Milites veſte purpureâ circumdederunt eum. (504) *Joan. 19. v. 5.* Exivit ergò JESUS, portans Coronam ſpineam: & purpureum veſtimentum. Et poſtquam Illuſerunt ei: exuerunt illum purpurâ. *&c. Marci 15. v. 20.* (505) *De hac* ſtola *Apocal. 1. à v. 12. dicitur*: Et converſus, vidi in medio ſeptem Candelabrorum Aureorum ſimilem Filio hominis (*& erat revera Jeſus Nazarenus, jam cœlô receptus*;) veſtitum podére. *&c. Hujus figura fuit Aaron, ſummus Pontifex: de quo Eccleſiaſtic. c* 45. *v.* 9. & induit eum Stolam Gloriæ. *ſuprà.* (506) *Jeſus à Nazareth.* (507) *Ad Hebr. 5. v. 15.* Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: tentatum autem per Omnia; *ſcil. genera tolerantiæ dolorum, corporis, & animæ.* (508) *Jeſus, Joſedechi filius, Pontifex, non,* Univerſalis Eccleſiæ (*utì Nazarenus*) *ſed tantummodo Jeroſolymæ, & Synagogæ Judaicæ.* (509) *Jeſus ille typicus, quem Zacharias vidit, cap. 3.* (510) *In templo. quod* fanum *dicitur, à* fando (*ut Feſtus ait*); *quo, certis, & conceptis verbis, uti Pontifex ſolet, in ejus dedicatione.* (511) Infernam ei, ſempiternámque, damnationem *minîs ſuis ingerens; ſive, ob ductam ab ipſomet*

fortaſſe

fortasse, Babylone, vel à suorum aliquo duci permissam, uxorem extera nationis: sive, ob aliam, nos latentem, caussam. ex S. *Hieronymo, in Comment. super Zachar. cap. 3.* Erebus, *pars Inferni. Herman. Torrent. Caterùm,* Formidolosis, *hôc locô, pro* Formidandis, *ponitur: ut & Marc. Catone Uticensis ponit apud Sallust. in Catilina; dum de positis in Gehenna loquitur.* Diversô itinere, malos à bonis, loca tetra, inculta, *horrida,* fœda, atque formidolosa, habere. *Sic & in Jugurtha* : Semper his (*regibus*) aliena virtus formidolosa est: *id est, formidini.* (512) *Deus ipse, pro Judice, maximè legitimô, præsidebat illi caussæ* criminali. *Zach. 3. vers. 2.* Increpet, &c. (513) *Pontifex Jesus, Josedechi Fil. accusabatur.* (514) *Aras, & Sacerdotes (ac maximè, Summos), nitida, speciosa, mundáque, decent, è prescripto sacrarum legum, operimenta. Exodi 28. hinc illa* Aaronis Stola Gloriæ, *Ecclesiastici 45. v. 9. suprà. At verò, de hoc Jesu, Josedechi F. pontifice, ait* S. *Zachar. c. 3. à v.* 1. Et ostendit mihi Dominus Jesum, sacerdotem magnum, stantem coram Angelo Domini : & Sathan stabat à dextris ejus, ut adversaretur ei. Et Jesus erat indutus vestibus Sordidis. *Nimirum, ob peccata, etiam aliena; populi scil. Judaici (inquit S. Hieronym. Comm. in Zach. hîc) : in quo,* figura *sanè* evidens *fuit* Jesu Nazareni: *qui* & ipse peccata nostra tulit, & Iniquitates omnium nostrûm portavit. *Isaiæ 53. à v. XI.*

quæ profectò erant, ſicut pannus menſtruatæ. Facti ſum⁹, ut immund⁹, omnes nos. *c.* 64. *v.* 6. (515) *De* Urna, & calculis *trium generum* (*quorum tertium*, Damnationis *ſcilicet*, *erat Græcis* Δῆτα nigrum, *ceu Calculus* ater) *dictum ſuperiùs pluribus, ad l.* 2. *de Jobo.* (516) Rei, *ſeu* Accuſati, *olim incedebant, pullâ, ſeu atrâ, cooperti Togâ: hinc* Atrati pullatíque *dicti. In hoc porrò Judicio, in quo*, (*ut ait Menochius*) ſtabat Sacerdos Jeſus, ut Reus; Sathan, ut Accuſator; Angelus, ut Advocatus; Deus, ut Judex, abſolutum *denique fuiſſe Pontificem, indicant, quæ Zachariæ* 3. *à v.* 2. *ponuntur, præſertimque v.* 4. Et dixit (*Angelus*) ad eos, qui ſtabant coram ſe (*Angelos putà, comites Michaëlis,*) Auferte veſtimenta ſordida ab eo. *&* nempe, *veſtimentis eum operite, qualia decent Abſolutum, & inſontem.* Et dixit ad eum; Ecce, abſtuli à te Iniquitatem tuam: & indui te mutatoriis. Et dixit; Ponite cidarim mundam ſuper caput ejus. Et poſuerunt cidarim mundam, ſuper caput ejus. & induerunt eum veſtibus (*putà, Pontificalibus reliquis*). (517) *Pes primus hujus Senarii, eſt Proceleuſmaticus.* (518) *Ornamentum capitis alioquin* regium, *Perſis: ut ſuperiùs adnotavi in Danielem, de* Seleúcidis, *&* Lágidis *regibus, hôc ipsô libro. Interpres autem Lat: vulgatæ lectionis, transtulit vocem* Cydaris (*quam ipſe ſyllaba i. per jota exprimit*) *ad inſigne, &*

orna-

ornamentum, seu amictum; capitis Pontificii, (519) *Inungebantur enim Pontificum Hebraicorum capita. alioquin enim non diceret David psal.132.* Sicut Unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. (520) *Frontali. De hoc ità caput* 28. *Exodi, v. 36.* Facies & Laminam de auro purissimo: ligabísque eam vittâ hyacinthinâ: & erit supra tiaram, imminens fronti Pontificis. (521) *Summus Pontifex. Habebat & Roma vetus magistratum in divinis; cuj nomen,* Regi Sacrorum. *In illa porrò Pontificis Hebraei* lamina *Titulus erat inscriptus,* Sanctum Domino. *Exod. 28. v. 36.* (522) Rationale *Pontificis, ex auro, hyacintho, purpurâ, &c. cum gemmis 12. prascribitur à Deo Moysi exactè, Exod. 28. à v. 15. usque ad v. 31. Hoc autem super* pectus *suum gestabat Pontifex. ibid. v. 29. Erátque* Quadrangulum, *& mensuram palmi habebat, tam in latitudine, guàm in longitudine, v. 16. ubi &* duplicari *jubetur ibid: ut adeò pectori pro* scuto *quodammodo fieret, adversùs hostilia.* Pelta *autem,* (*nisi sit Amazonica*) Clypeolus Quadratus *est scholiasta Thucydidis, sed umbone carens.* (523) *Recapitulatio* Comparationis illius, *qua superiùs instituta fuerat, inter duos* Jesus; *cognomines Pontifices. Aaronis* (*& consequenter, Tribûs Levi*), *è posteris, erat Jesus,* Josedéchi Filius: *cùm* JESUS Nazarenus *è genere Davidis, ac Judæ, processurus esset.* (524) JESUM, *Mariæ filium.* (525) E

 gremio

gremio natum puellæ, quæ matrimonii consummati copulam penitùs ignoraret. (526) *Vis, ac potestas Sacrorum summa, & altissima; est ipse utriusque Jesu Pontificatus.* (527) Ex Patre natum, ante omnia sæcula; Deum de Deo, &c. *Symbol. Constantinop. è Nicæno.* (528) Olympi Solium. *i. e.* Cœlestem thronum: *ad quem, unà cum suamet propria Divinitatis vi, quæ cœlum Christus conscendit, evexit eum cœlestis Pater. Actor. 2. v.* 33. Dexterâ igitur Dei exaltatus, *die videlicet Ascensionis. &c.* (529) *Marci 16. v. 19.* Dominus JESUS assumptus est (*Humanitas nempe, à Divinitate*) in cœlum: & sedet à Dextris DEI: *ad latus Patris, &, paternæ potestatis per omnia paritate gaudens.* (530) *Josedéchi proles, Jesus erat; Jerosolymorum ille Pontifex.* (531) *Pater Jesû pontificis, non potuit filium suum eruere, & subducere criminationibus Sathanæ* (*quia, nec præsens tunc, & superstes; nec ad id tunc constitutus, sicut* S. *Michaël*): *quemadmodum tamen æternus Pater filium suum,* Jesum *Nazar*: solvit doloribus Inferni, *ut loquitur* S. *Petrus Actor. 2. v. 24.* (532) *Josedéchus enim ante 17. jam annos Babylone mortem obierat.* (533) S. *Michaëlis, ex commissione Dei. Zachariæ 3. v. 2. dicitur, de Jesu hôc Josedéchi filio*; Numquid iste torris est, erutus de Igne? *q. d. amburi, sicut* torris, *iste pontifex jam olim cœptus est, Babylone: parúmque abfuit, quin penitùs comburetur; sive ab igne tribulationum, sive*

sive suismet, aut alienis à peccatis, ab eo malè dissimulatis, pœnam ei accersentibus: nunc autem denique, Dei solâ clementiâ, erutus Babylonicâ è captivitate, & nexibus peccatorum, accusationibúsque Sathanicis. Ereptum namque fuisse, satìs indicant verba capitis 3. v. 4. Zachar. Ecce, abstuli à te Iniquitatem tuam : *cujus te tam cruciabiliter insimulabat Sathana importunitas. Vide Cornel. & Menochium, in caput Zach. 3.*

VII. (534) *Prophetis.* (535) *Angelos beatos.* (536) *Sanctos prophetas.* (537) *Vaticinandi ex professo, ut propheta Majores, minores, Moyses, Samuel, Elias, Elisæus, & similes alii, solebant.* (538) *Nam Tobiæ Senioris non deest prophetia: sed, in fine demum vitæ. cap. 13. de futura vitæ bonis, & Jerusalem mysticâ: & cap. 14. de excidio Ninivæ.* (539) *Angelicis.* species *præcipua, pro toto* genere. (540) *Cornel. Schonæus, Ultrajectinus, Belga, superiore sæculo versibus comicis in lucem dans historiam Tobiæ; caussâ distinctionis inter patrem, ac filium, alterum nominavit* Tobiam; *alterum verò,* Tobæum. (541) *Septuaginta, veteris testamenti Interpretes, Græci : quos adhuc sub manibus habemus.* (542) *Jerosolymis enim, ubi synagogæ erant diversarum nationum (sed è Circumcisione) ut constat è cap. 6. Actor. Apostol. à v. 9. etiam Græca erat* Synagoga, *seu Schola, ex hac 70. doctissimi, evocati Alexandriam à rege Ptolemæo Philadelpho, biblia Hebraica transtulerunt in Græcam linguam.* (543) Se-

ptuaginta distinctis inclusi cellulis, seu cubiculis; consonè tamen, miraculô memorabili, verterunt scriptura sacra veteris omnes libros. de qua re pluribus egi Decade 4. parte 3. in Ruina Ptolemæorum, de Pt. Philadelpho. (544) *Nominant* τωβίτ, *per ω. unde ratio quoque prosodiæ, in syllaba prima, constet.* (545) Galilæa, *duplex erat: altera* Superior, *qua &* Gentium *dicta, propter circumfusas undique, confinésque, idololatrarum additiones: altera,* Inferior, *inter superiorem, & Samariam, posita.* (*Topothesiam Palæstinæ vide.*) *Tobias, è* Galilæa Gentium *erat.* (546) *Galilæam enim illam* Gentium *incolebant, tribus Aser, occidenti propior; & tribus* Nephthalim, *seu Nephthalæ, propiùs Orientem, &* Jordanem. (*suprà, ad l. 2. de Loco-flentium.*) *Tobias, è tribu* Nephthalim *ortus erat.* (547) *Captivus abductus erat è Galilæa, per victorem Israëlitarum, Salmanásarem, regem Assyriorum, Sennacheribi patrem; usque in Assyriam, & ejus regiam urbem, Niniven: quæ ad sinistram Tigridis fluminis erat sita.* (548) *Jonæ 1. v. 2.* Vade in Ninive, civitatem grandem, *&c. & cap. 3. v. 3.* Et Ninive, erat civitas magna, itinere trium dierum. Et cœpit Jonas introire civitatem itinere diei unius, &c. (549) *Non enim semper, nec ex omni parte, compeditam: sed aliquà tamen tenus.* rex *enim* Salmanasar *favebat ei, præ reliquis captivis omnibus; propter sanctos illius mores, & innocentiam*: dans illi potestatem, quo-

cunque

cunque vellet ire, & habere libertatem, *Tobi. cap. 1. v. 13.* Sennacherib *autem, post hunc patrem sublatum,* tulit omnem Tobiæ substantiam: & jussit, eum occidi, *c. 1. v. 22. Inter* hæc *tamen Tobias, constantiâ virtutum suarum,* Libertus *erat* (*ut S. Paulus postea dixit 1. Corinth. 7. v. 22.*) Domini *Dei.* (550) Dies-mali: *& temporis aliquammultum, in erumnis exactum: uti Tobiæ contigit.* (551) *Ut intensè, diúq; splendeat lapis iste pretiosus: terendus priùs, ac poliendus multùm est, gemmariorum & artificũ modis instrumentisq; notis.* (552) *Crebra illi, à Deo, per diversos casus, immissa adversa, & infortunia: juxta id, quod postea S. Paulus dixit Hebr. 12. v. 6.* Quẽ diligit Dominus, castigat. flagellat autem omnẽ filium, quẽ recipit. (553) *Sicu* ramus *aliquis palmésve* tradux *qui & rumpi Varroni dicitur,*) *in vitibus, aliisve arbustorum generibus, à stirpe alia* transfertur *in aliam stirpem: sic* Tobias, *è patrio solo, Galilæâ, in Assyriam, barbaricam regionẽ, & idolis totam deditam; propago tamen, ubiq; proba, ac probata. 1. Tob. à v. 2. usq; ad 9.* (554) *Terent. Eun. Act. 2. sc. 3.* Quem perconter? quam *insistam* viam? (555) *Sennacheribi, Tobiam persequentis, & occidi jubentis. Tob. 1. v. 22. suprà.* (556) Tobias verò, cum filio suo, & uxore suâ, nudus (*i.e. omnibus facultatibus suis spoliatus*) latuit: quia multi diligebant eum. *Tob. 1. v. 21. Infrà quoq;, c. 2. v. 8. Fam hujus rei caussâ interfici jussus. Vix*

effu-

effugisti mortis imperium. (557) *Sepeliens Judæos, & Israëlitas quoscunque, mortuos, ac jussu Sennacheribi occisos. L. Tob. c. 1. v. 21. & c. 2. v. 3. &c.* (558) *In templo* Libitinæ, *apud veteres, locabantur, ac veniebant, ea, qua requirebantur ad funûs, exsequias, & sepulturam. Hinc, à poëtis,* Libitina, *etiam pro* morte, *& omni* apparatu funebri, *sumitur. hîc, ponitur* Libitina Sacra, *pro Opere Misericordia, piè religioséque tumulandi mortuos. Historia Tobiæ, quantum ad sepulturas attinet, sic se habet: cap. 2. v. 10.* Contigit, ut quadam die, fatigatus à sepultura, veniens in domum suam, jactâsset se juxta parietem, & obdormîsset: & ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos ejus: fierétque cæcus. (559) Oscen, inis, *Varroni est*, avis, auspicium ore faciens, *alicujus rei; quo modô*, Ciconia adveniens, *& pinsens rostrô suô*, Veris adventum *nuntiat*; Hirundo *autem* (*de qua hîc agimus*) *superventu suô, stridoréque, ciconiam subsequens*, Ver *jamjam* inchoatum *esse, significat.* (560) *Excrementis hirundinum, adhuc* calentibus, *& quasi adhuc* animatis. (561) *Post cacitatem enim, ipsi immissam, exprobrantibus & interrogantibus*, Ubi est Spes tua? *dicebat* Tobias, eos increpans; Nolite ità loqui: quoniam Filii Sanctorum sumus; & Vitam illã exspectamus, quam Deus daturus est his, qui fidẽ suam nunquam mutant ab eo. (562) Oculo-

rum

rum *enim*, clarè *cuncta* videntium, *velut* altera anima *est*, Sol, *luna*, *stella*, *serenúmque* (*præsertim de die*) *cœlum*. (563) *Solis, ac Sereni cœli, intuitus, ingeniis præsertim* Jovialibus, *exultandi modulandique impetum injicit*. (564) *Idémq; Solis & cœli aspectus, tristitiam, ac mœrorem, eximit*. (565) *Ad Tobiæ supervacuam sollicitudinem, & dehortationem à rerum furtivarum usu, contactúque*, irata uxor ejus Anna, respondit; Manifestè vana facta est Spes tua: & eleemosynæ tuæ modò apparuerunt. Atque his, & aliis hujusmodi verbis, exprobrabat ei. *Tob.* 2. *à v.* 21. (566) *Locum, & materiam certandi adversùs Impatientiam. metaphora petita ab athletis & gladiatoribus*. (567) Tobias Senior: *qui è tribu, & civitate quoque, Nephthalim dictâ, oriundus erat. cap.* 1. *v.* 1. (568) Stáphyla, *anus est querula rixosáque, apud Plautum, in Aululariâ. act.* 1. *& alibi. Hîc, per antonomasiam, sumitur pro uxore Tobiæ Annâ, jurgante.* (569) *Irridebat enim, &, ut fallacem*, vanam, mendacémque *traducebat*, Piorum *in Deo repositam* Spem, *& exspectationem. quod utique blasphemum, Deóque contumeliosum, erat. V. S. Thomam in* 2. 2. *q.* 13. *a.* 1. *&* 2. (570) *Non quidem disertis*, formalibúsque *verbis*, & explicitè (*sicut Scholæ loquuntur*), *quemadmodum uxor Jobi*, Benedic Deo (*id est, Maledic, aut suas illum res habere jube, missum eum fac*) *sed tamen latenter*, & implicitè; *prabendo To-*

bia

bia irritamenta Impatientia adversùs Deum; utpote, qui, convenienter Spei sua, labores, & opera bona sua, non solùm præmiis nullis remuneraretur: verùm, è contrario potiùs, malis diversis & gravibus afficeret, afficive permitteret. (571) Fœmineus. (572) *Ab itidem fœmella; vitiosâ tamen, ac petulante, ignobili, paupere, & ancillâ.* (573) *Primâ semper nuptiarum nocte: statimque ad primum thalami introitum.* (574) *Cacodemonis Asmodæi crudelitate interfectis.* Stygius, *i. e. Infernalis. suprà sæpe. Res autem sic, breviter, evénit, uti refertur Tob. 3. à v. 7.* Sara, filia Raguelis, in Rages, civitate Medorum; tradita fuerat Septem (*successivè*) viris: & dæmonium, nomine Asmodæus, occiderat eos, mox, ut ingressi fuissent ad eam. (575) *Ultionem, pœnam, Dei justam iram. νέμεσις enim, antiquis* Dea *erat* Indignationis, *quæ scelestos plectat*: dividendo, *retribuendóque cuivis nocenti malum, pro qualitate quantitatéq; delicti. Eadem verò, &* Rhamnusia *dicebatur. suprà, ex Herm. Torrentino. Caussam porrò tantæ, ab Asmodæo in 7. sponsos Saræ exercitæ, sævitiæ satis apertè S. Angelus Raphaël rejicit in eorum bellinam concubitûs aviditatem, quæ peccare & in conjugio potest: dum cap. 6. à versu. 16. Tobiæ Juniori, parem sibi cum illis 7. nuptiarum-catastrophen metuenti, dicit*; Audi me, & ostendam tibi, qui sunt, quibus prævalere potest dæmoni-

um

um (*sicut prævaluit illis Septem*). Hi namque, qui Conjugium ità suscipiunt, ut Deum à se & à sua mente excludant; & suæ libidini ità vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: habet potestatem dæmonium super eos. (576) *Despondisset se, suámque corpus,* Sara (*quam S. Raphaël* Virginem *appellat cap. 6. v. 22.* transactâ tertiâ nocte, accipies virginem cum timore Domini: *& textus rursus c. 8. versu* 4. Tunc hortatus est Virginem Tobias, dixítque ei; Sara, exsurge. &c.) *si octavas nuptias inîsset: uìì sanè cum Tobia postea iniit. ante Tobia verò adventum cogitationes nuptiales omnes à se profligârat.* (577) *Ancilla Raguelis; quam pater filia sua, ad consueta, filiabus herilibus præstanda, ministeria, tradiderat.* Pedisequa *porrò vox, s, unô contenta; versûs tamen gratiâ, apud Comicos præsertim, id quandoque geminat; per* epenthesin. (578) ἄπαις, sine liberis. *Res ità gesta est. Tob. 3. versu 7. & seqq.* Contigit, ut Sara, filia Raguelis, audiret improperium, ab una, ex ancillis patris sui. Cùm enim, pro culpa sua, increparet puellam: respondit ei, dicens; Ampliùs Ex Te non videamus filium aut filiam super terram, Interfectrix virorum tuorum! Nunquid & occidere me vis; sicut jam occidisti Septem viros? *Sermo hic ancillæ, in Senarijs, paullulô fusiùs exprimi-*

primitur ; ejúſque ſenſus animi mordax , & amarus. (579) Facum *fuiſſe uſum ad nuptias ; dictum eſt ſuperiùs , ad l. 2. in* S. Job. *Succendebantur autem vulgò* tedæ, *vel* piceæ : *ceu, flammam concipientes celeriùs ; & conceptam largiùs diffundentes.* (580) *Alluditur ad parabolam Matth.* 25. de 10. virginibus . quarum 5. erant prudentes , & 5. fatuæ. *Ad* primas, *Sara pertinebat.* (581) *Si Saram hanc innocentem, etiam liberæ , ingenuæq; conditionis quacunque mulier, tam injuriosè tractáſſet ; uti ſíbimet hæc ancillula : data fuiſſet* Injuriarum Actio ; *Hebraicis etiam è legibus, & jure. Sed verecunda, modeſtáque Virgo , deplorare ſecum in ſilentio vulnus hoc animi maluit ; quàm, palàm judicibus , ac ſtrepitu forenſi , in convitiatricem vicissim invehi ,* facundiâ *advocati cujuſpiam* (*ſicut Appius poſtea, apud Salluſt. in Fragmentis , & poſt Appium* Lactantius, *de Cicerone dicere ſolebant*) caninâ. (582) *Quarum permiſſu , alia, profani oris mulier, criminatricẽ hanc recriminata eſſet.* (583) *De hoc ità* S. *Scriptura narrat cap. 3. Tob. v.* 18. Ad hanc vocem perrexit in ſuperius cubiculum domûs ſuæ : & tribus diebus , & tribus noctibus, non manducavit , neque bibit : ſed, in Oratione perſiſtens, cum lachrymis deprecabatur Deum; ut ab iſto improperio liberaret eam. &c. (584) *Præter Saram videlicet , etiam* Senior *Tobias : cujus* oratio *exprimitur cap. 3. à verſu primo , & deinceps.* Saræ *verò* o-

ratio,

ratio, *omnibus, in animi cruciatu positis, utiliter imitabilis, eod. cap. à v. 13. usque ad v. 23. inclus. ubi principiô precum, & fine, nomen Dei benedicit.* (585) *Tob. 3. v. 7. & cap. 6. v. 6. dicitur* Sara, *ejúsque pater,* Raguel, *in* Rages, civitate Medorum. *& tamen cap. 1. v. 16. ac cap. 4. v. 21. & cap. 5. v. 14. ac priùs ibid. v. 8. & cap. 9. v. 3. ac v. 6. etiam urbs, in qua Gabélus habitabat, dicitur* Rages Medorum (*cum addito,* quæ posita est in monte Ecbátanis, *cap. 5. v.* 8.) *qua urbs* Gabéli *interim, longô satìs viarum intervallô, distabat ab urbe, in qua vivebat Raguel, & filia illius Sara: utì manifestè eruitur è cap.* 9. *v.* 8. *Græcus quoque textus, in utráque* Rages, *ponit* Ecbátana. *Duane igitur erant* Rages? *duo* Ecbátana *Medorum? An, si Unica sola; Raguélne, & Gabélus, velut in Ninive quadam 3. dierum, tam dissiti habitabant: ut opus esset tantô itineris apparatu?* (*cap. 9. v. 8.*) *à domo Raguelis ad domum Gabeli? Respondendum è Saliano tom. 4. in ann. mun. 3335. num.* 3. *Stephanô Menoch. in caput 5. Tobiæ v. 8. Nicol. Serario* S. J. *in cap. 3. Tob. v.* 7. Duas *omnino fuisse Medorum urbes,* cognomines, *hoc est,* Rages (*quod novum, nec alibi est; ac nec in Germania: in qua v. g. Neoburgum Palatinatûs ad Danubium, Neoburgum ad* Sylvam, *Neoburgum in Austria, & alia alibi*): *quarum alteri, quam* Gabelus *incolebat,* urbi montanæ, *jam ab antiquo nomen etiam* Ecbátana, orum, *fuit,*

aut

aut (*ut cap. 5. Tob. v. 8*) Rages in monte Ecbátanis, *& hæc* duorum dierum *itinere remota erat ab urbe Raguelis, ac Sara* (*ut ex Hebræo textu cap. 5. v. 8. Menochius affirmat*) *altera verò Rages, & ſcilicet ea, quam inhabitabat* Raguel, *cum* Sara, *etiam ipſa* Rages *primò* (*teſtimoniô etiam profanorum Græciæ ſcriptorum*) *dicta; ſinè addito tamen alio nomine: poſtea demù per* Arphaxádum *regem inſtaurata, & quaſi nova conſtructa* (*Judith cap. 1.*) Ecbatanorum *etiam nomen, ſicut illa alteræ* montana Gabeli, *accepit; & jam nunc, Tobiæ adhuc avô, κατὰ πρόλη-ψιν, à Græco Textu ſic nominatur. Hæc, in re ſpinosâ, paullò pluribus neceſſariò erant extricanda.* (586) *Tigris, Orientalium linguâ*, Sagittam *ſignificat. & indè nomen hujc fluminì, ob defluxûs ſui pernicitatem; quâ ſuperat Euphraten.* (587) *Nam &* Rages (*quæ poſtea Ecbátana*) *&* Ninive, *idololatriæ erant immerſa.* (588) *Aërem, ac cœlum, regionis Medorum; ubi Sara morabatur, & orabat, &c.* (589) *Aſſyriæ, ſupra terram, pendentes nubes.* Aſſur *enim, gentis conditor*, (*Genes. 10. v. XI.* De terra illa, *i. e.* Sennaar, egreſſus eſt Aſſur; & ædificavit Niniven &c.) *pro tota nonnunquam gente, terrâque* Aſſyriæ, *ponitur. ut, Iſaiæ 52. v. 4.* In Ægyptum deſcendit populus meus, in principio: & Aſſur, abſq; ullâ cauſa, calumniatus eſt eum &c. (590) *Ait enim Sacer textus, Tob. 3. v. 24.* In illo

illo tempore exauditæ sunt preces amborum (*Tobiæ, in Assyria*; *Saræ, in Media*) in conspectu Gloriæ summi Dei. (591) *Haud aliter, nec minore celeritate promptitudinéq; ; quàm, si in bigis, curulibúsve, provexissent eas sursum, in cœlum. Et hoc est, quod* S. *Angelus Raphaël ait, cap. 12. Tob. v. 10.* Quando orabas cum lacrymis, &c. ego obtuli orationem tuam Domino. (592) *Inter* Principes *Angelicorum Ordinum.* (593) *Tob. 12. v. 15.* Ego enim (*inquit ad utrumq; Tobiam*) sum Raphaël Angelus, unus ex Septem, qui astamus ante Dominum. (594) *Horum* Principum Angelicorum, *& quasi Septemvirorum.* (595) *Dei ter opt. max. regis regum, Apocal. 1. v. 5.* (596) Inferioribus *Angelorum* ordinibus *non semper, nec statim, aut passim, nota: nisi, & donec, locutione* Superiorum *ordinum, circa talia, illuminentur.* (597) *Dei; qui supremus est dictator, & imperator. 2. Paralip. 13. v. 12.* In exercitu nostro (*inquit Abias rex*) *DUX Deus est.* (598) *Ad exsequendum ea, quàm celerrimè. Ideò enim* alæ *tribuuntur eis* (*metaphorica*), *Isai. 6. v. 2. &* volare *dicuntur. ibid.* (599) *Tob. 3. v. 24.* Missus est Angelus Domini Sanctus, Raphaël, ut *CURARET* eos ambos; quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ: *Tobiæ putà Senioris, ac Saræ. Hæc Curatio, pertinebat ad* medicum, *ac medicinam: adeóq;, ad Raphaëlem; cujus nomen exponitur,*

Medi-

Medicina Dei. (600) *Septem ſponſorum ſuorum funera, & ſandapilas extemporales: in quibus tumultuariè, antequam planè dieſceret, infodiebantur; utì colligimus è Tob. c. 8. v. XI. uſque ad v. 16.* (601) *Senſus eſt: Raphaël, curaturus, ex una quidem parte, Oculos Saræ flentis, diu madidos; ex altera verò parte, Oculos Tobiæ ſenioris, à ſtercore hirundinum eróſos.* (602) *Pluribus particulatim circa Tobiam geſtis. cum Sara namque citiùs omnia, breviúsque, transacta ſunt; animô ejus compoſitô; nuptiúsque conglutinatis, operâ Raphaëlis.* (603) *Angelus ſanctus*: Raphaël, *inquam. Hæc narrantur Tob. cap. 5. à v. 5.* Tunc egreſſus Tobias, (*junior*) invénit juvenem ſplendidum, ſtantem præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum. Et ignorans, quòd Angelus Dei eſſet, &c. dixit ei, Nôſti viam, quæ ducit in regionem Medorum? *&c. Hic* (*Angelus*) *ab juniore Tobia mox introductus ad ſeniorem, & interrogatus de genere tribúque ſua, v. 18. reſpondit*: Ego ſum Azarias, Ananiæ magni filius. (604) Mercenariæ: *circa cujus pretium homines licitari ſolent; ac nundinari, inter curſorem, & conductorem.* (605) Bactriana *regio, ad Orientem eſt Media, ſuprà Parthiénen, ac Perſidem. Has autem, & confines alias regioni Media terras, obîſſe Angelum, innuunt illa ejuſdem verba, cap. Tob. 5. v. 8.* Novi (viam, quæ ducit in regionem Medorum) & omnia itinera ejus frequenter ambulavi.

(606)

(606) *Tobiæ seniori; qui Angelum, quem putabat hominem; ad se, per filium suum, accersierat.* (607) *Ipsâ frequenti perambulatione, de qua Tob. cit. cap. 5. v. 8.* (608) *Septentrionalis soli. Medorum enim regio, respectu Ninivês, & Assyriæ, jacet ad cœli polum Arcticum, seu plagam Septentrionalem:* (609) *Tobiæ:* (610) *Bene namque precatus erat filio; ejûsque comiti, proficiscentibus, Tobias senior. cap. 5. v.* 21. Bene ambuletis! & sit Deus in itinere vestro: & Angelus ejus comitetur vobiscum! Tunc, paratis omnibus, quæ erant in via portanda, fecit Tobias (*junior, qui à 70, propriè* Τωβίας *dicitur, cùm pater* Τωβὶτ *dicatur, cap. 3. fin.*) fecit, *inquam*, vale patri suo, & matri suæ. & ambulaverunt, *&c. sub umbraculo nempe benedictionis paternæ.* (611) Icaro, *juvenculo, per auras ambulandi avido*, Dædalus, *pater suus, alas, cerâ compactâs, aptârat: & puer volare cœpit, cum patre. sed hic procùl sole, & humiliùs: puer autem, ut puer, propiùs, & proximè Solem. unde, à fervore solari tabescente cerâ, soluta penna defluxerunt in subjectum pelagus; &, cum his, puer: qui submersus, mari, sibi fatali, nomen fecit, Icarium. Hunc Icari casum libat Virgil. Æn. 6. ad init. fusè verò facundéque expandit Ovid. Metamorph. 8. Imitatus est autem hunc Icarum exitio suô quidam sub Nerone Cæs. apud Sueton. in Vita Neron: capite 12.* (612) In Rages Medorum, quæ posita

est in monte Ecbátanis. *Tob. c. 5. v. 8. ibi enim erat Gabélus: ad quem mittebantur, ad pecuniam repetendam ab eo.* (613) *Id enim, & non à dextra Tigridis fluminis, iter directum & expeditum erat; per Assyriam ad Medos.* (614) *Ait enim sacer textus, Tob. 6 v. 1.* Profectus est autem Tobias (*junior, cum Azaria, i. e. Angelô*) & canis secutus est eum. (615) *Ex mente Saliani, hunc in locum;* Piscis *ille, Tobiæ Jun. invasor, fuit ejus speciei piscium, quam Hesychius, Crispinus, & alii,* καλλιώνυμον (*versûs gratiâ, per syncopen, Calionymum*) *vocant: quasi* Pulcri-Nominis *piscem.* τὸ κάλλος *enim*, εος, pulcritudinem, ὄνομα *verò, vel* ὤνυμα *poëticè, in composito præsertim*, Nomen *significat,* pulcher *ergò eà tenus Piscis;* fœdus & *crudelis, destinatione devorationis, erat. Res breviter sic gesta est; ut refertur c. 6. à v. 1.* Et mansit (*Tobias Jun. cum Raph.*) primâ mansione, juxta fluvium Tigris. Et exivit (*è mansione*) ut lavaret pedes suos, *sudore pulveréque squalidos.* & ecce! piscis immanis exivit, ad devorandum eum. Quem expavescens Tobias, (*ob magnitudinem, ac ferociam monstri,*) clamavit voce magnâ, dicens; Domine! invadit me. Et dixit ei Angelus; Apprehende branchiam ejus, & trahe eum ad te. Quod cùm feciſſet, attraxit eum in siccum: & palpitare cœpit ante pedes ejus. Tunc dixit ei Angelus; Exentera hunc piscem,

scem, &c. (616) *Tobias junior.* Græcè ἔφηβος, *in utroque sexu, est, qui pubertatem ingressus jam est; ut suprà jam notavi: quos nihilosecìùs latinè, etiam dicere possumus* adolescentulos, & adolescentulas. *ut apud Terent. Antipho, in Eunu: Chæream (qui tamen maritus eodem die factus est) adolescentulis,* τοῖς ἐφήβοις, *adnumerat;* Herì, (*inquit*) aliquot adolescentuli coiimus in Piræeo; hodie ut de symbolis essemus: Chæream ei rei præfecimus. *Græcus quoque libri Tobiæ textus, haud aliter, de Tobia juniore loquitur, vi Græcæ vocis, ac de* ἐφήβῳ, *& Adolescentulo; qui tamen mox & ipse futurus maritus erat: cùm cap.* ε, *ait,* καὶ ἐξῆλθον ἀμφότεροι ἀπελθεῖν, καὶ ὁ κύων τοῦ παιδαρίου μετ' αὐτοῦ. *Quid aliud est* παιδάριον, *diminutivum* τοῦ παιδός *quàm (si blanditias, aut jocum, secernas à sermone seric, qualis hîc est) puerulus, adolescentulus,* ἔφηβος? (617) Et quidem, Voce magnâ: Domine, invadit me; *ut suprà, cap. 6. v. 3.* (618) *De his ità sacer scriptor, post superiùs jam allata, narrare pergit. cap. 6. v. 5.* Exentera (*inquit Angelus juniori Tobiæ*) hunc piscem: & cor ejus, & fel, & jecur, repone tibi (*i. e. adserva seorsum in cassidili tuo*): sunt enim hæc necessaria, ad medicamenta utiliter. Quod cùm feciſſet (*viscera minutum extrahendo, & seponendo, Tobias*)

assavit, *in tugurio suæ primæ mansionis illius*, carnes ejus (*piscis*:) & secum tulerunt in via. cætera salierunt, quæ sufficerent eis; quousque pervenirent in Rages, civitatē Medorum: *quod iter non paucorum erat dierum futurum, ex Assyria in Mediam.* (619) *Calliónymi nempe, truculenti piscis.* (620) *Regio Media.* Gr. μηδία, ας. (621) *Rages Raguelis. Tob. 6. v. 10.* Et dixit ei (*Angelo*) Tobias; Ubi vis, ut maneamus; Respondénsque Angelus, ait; Est hic Raguel nomine. &c. (622) *Cùm enim & Raguel hic, Saræ pater, esset de filiis captivitatis Israëliticæ: non poterat in solo extero barbaróque esse, nisi* inquilinus: *& adeò*, locatis *in ædibus.* *Suprà, de* Inquilinis, *ad libr. 2. de Loco flentium.* (623) *Raguel enim idem est, quod Pastor Dei.* (624) *Israëliticæ. Israëlis namque pater, erat Isaacus. unde patronymicum* Isacidæ, arum, *& adject:* Isacius. *suprà sæpe.* (625) *Favebat peregrinis his, & signatè, Tobiæ Juniori, Raguel; quòd* in mentem ei veniret *Tobiæ senioris, cognati sui. Intuens quippe juvenem Raguel, priusquam inter se verbum ullum de stirpe generéque commutarent, dixit Annæ, uxori suæ;* Quàm similis est juvenis iste consobrino meo? & multa bona loquebatur de eo (*Tobia Seniore? Tob. 7. v 2. & v. 5.*) *quem mox infrà, v. 4.* fratrem *quoque appellat. Consobrini enim, & patrueles,* fratrum *inter sese compellatione mutuâ*

tuâ gaudent. (620) *Tob. 7. v. 1.* Et suscepit eos Raguel cum gaudio, & ait; Unde estis, juvenes, fratres nostri? (627) *Azariâ cursore, i. e. Raphaële Angelô. Porrò, de benevolentia quâ Raguel juniorem Tobiam nominatim excepit, sic Sacer scriptor Tob. 7. v. 6.* Et misit se Raguel, & cum lacrymis osculatus est eum: & plorans super collum ejus, dixit; Benedictio tibi sit, fili mi; quia boni & optimi viri filius es. Et Anna, uxor ejus, & Sara, ipsorum filia, lacrymatæ sunt. Postquam autem locuti sunt, (*salutationis officiô liberaliter utrimque expletô*) præcepit Raguel occidi arietem, & parari convivium. (628) *Erant enim, utrimque de tribu Nephthalim. Tob. 1. v. 1 & cap. 6. v. XI. c. 7. v. 4.* (629) Matres *namque, Tobiæ senioris, & Raguelis, fuerant sorores.* (630) *Conciliatore, & inceptore* (*suis consiliis*) *nuptiarum. Tob. 6. à v. XI. & v. 12. &c.* (631) Nuptiæ, *matrimonium ratum. Hymen, Hymenæus, nuptiarum priscis nomen, ac numen. suprà.* (632) *Suprà, ad convitium ancillæ in Saram. num. 579.* (633) Socii lateris accubitus *est, castos inter conjuges: quorum altera, sumpta formatáque alterius è latere, Genes. 2. v. 21. &c. quodam tropô dici* Latus, & Costa *viri, potest.* (634) *Dixit enim Raphaël Angelus Tobiæ Juniori, futuro Saræ marito, Tob. 6. v 18,* Tu autem, cùm acceperis eam; ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea. (635) *Veneris.* (*suprà*) *matrimonialis co-*

lis copulæ. (636) *Recentissimè matrimoniô junctis maribus, & puellis. Recentior quidã ait:* Res est hæc, nostrô tempore, rara, Sara. *plures, in infinitum, hodie Dinæ sunt, & Rheæ Sylviæ. Tobias & Sara magistrum habuerunt Angelum. Tob. c. 6. v. 18.* Per tres dies, (*naturales, 24. horarum*), continens esto ab ea: & nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea. *Huic magistro, uterque paruerunt, cap. 8. v. 4.* Tunc hortatus est Virginem Tobias, dixítque ei: Sara, exsurge; & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundùm cras. *&c. Versu verò 6.* Surgentes autem pariter, instanter orabant ambo simùl, &c. *Ubi Summarium ponitur Orationis amborum.* (637) *Inchoandi, initiandi, exordiendi; per cohabitationem conjugalem.* (638) *Tobiâ Junior; qui Saræ consortium maritale, reipsa consummatô matrimoniô, nondum possidebat: sed paullò pòst, sinè competitore rivalique ullo, possessurus erat nam, ut est scriptum cap. 7. Tob. vers. 15.* Raguel apprehendens dexteram filiæ suæ, dexteræ Tobiæ tradidit: &, acceptâ chartâ, fecerunt conscriptionem Conjugii. (639) *Frixoriô vase; vivis, &, à stillatione viscerum inter frigendum resonantibus, prunis impletô. De hac re sic sacer stylus habet, cap. 8. v. 1. & 2.* Postquam verò cœnaverunt, introduxerunt juvenem (*Tobiam*) ad eam (*Saram*) *in thalamo jam à matre collocatam, cap. 7, v. 19. & 20.*) Recordatus itaque sermonum Angeli (*cap. 6.*

vers. 8.

vers. 8. Cordis *ejus, non sine jecinore*, particulam, si super carbones ponas; fumus ejus extricat omne génus dæmoniorum, sive à viro, sive à muliere: ità, ut ultra non accedat ad eos.) protulit de cassidili suo partem jecoris; poluítq; eam super carbones vivos.(640)*à visceribus &* receslib⁹ *alvi piscis.*(641)Calliony-mi, *piscis, habitantis in fluvio Tigri; devorantísque lupinâ fame minores quosque pisces: quin & homines ipsos invadentis.* (642) *Tobias Junior, in cubiculo sponsæ.* (643)*Tob. 8. v.3.* Tunc Raphaël Angelus apprehendit dæmonium (*Asmodæum. Tob. c. 2. v. 8.*) & religavit illud in deserto Superioris Ægypti. *cuj deserto imminent ab Occidente fines ac limites Libyæ. Solibus assiduis peruste. Est autem* Superior Ægyptus; *qua, meridionalior, propiùs Æthiopiam jacet Abassinam.* Inferior *autem; qua Septentrionalior, & magìs accedit ad Nili 7. ostia, maréque mediterraneum.* (644) *Superioris Ægypti regionem, maximéque* Desertam, *non modò Solares, & continui, & innúbes, radii interdiu, sed etiam ventus ipse meridionalis, diebus noctibúsque gravis incolis, coquit, & urit, pernicioso vapore.* (645) Thébais, *seu Thebáica, Ægypti superioris regio, secundùm Nilum flumen; sic dicta fuit, à sua metropoli,* Thebis Ægyptiacis,(*non Bœoticis*) *qua, centum olim portarum, ἑκατόμπυλος ideò dicebatur. Ad oram ergò desi-*

nentis in meridiem Thebaidis, illud Ægypti Superioris deſertum *erat ſitum.* (646) Tabenna, *ingens, & horrida, Nili Inſula, monachis, & eremicolis*

MERIDIES.
OCCIDENS
ORIENS
SEPTENTRIO
Aſmodæus vinctus, et à S. Raphaële raptatus in deſ
Superioris Ægypti. Tobiæ cap. 8. v. 3.
Philæ.
Elephantis.
Syene.
Tabenna inſula: et Tabennenſiotarum ſolitudo monaſtica.
Nilus fluvius.
Nilus fluvius. Cataractes Nili numero hoc in tractu eſt.
Nilus fluvius. Antiquæ Thebæ ruinæ ſuperbiſſimæ.
Nilus fluvius. Pthemphu, mon
Nilus fluvius. Phthemitis vicus
Nilus fluvius. Ombos.
Nilus fluvius. Rhinocorura.
Nilus fluvius. Rhebas.
Nilus fluvius. Rhinocer
Nilus fluvius. Elephan
Nilus fluvius. Car
Nilus fluvius. Antiquæ
Nilus fluvius. Abo
Nilus fluvius. Ptolemaïs
Nilus fluvius. Abbaton
Nilus fluvius. Ptolemaïs
Nilus fluvius. Catabathmus
Nilus fluvius. Ptolemaïs
Nilus fluvius. Cata
Nilus fluvius. Pha
Nilus fluvius. Ptolemaïs
Nilus fluvius. Ptolemaïs
Nilus fluvius. Ptolemaïs

Philen, *insulam aliam, & ipsam minorem, locô propinquam. Hæc* Tabenna, *veteribus fuit* Elephantina; *ut meritò* Ortelius *quoque censet. Ejus, ac Thebaidis finitima, tabellam chorographicam, cum cura factam, his insero, majoris lucis caussâ.* Sterilitatis *autem epithetô Tabenna digna est. Nam alioqui, tam horridum, & Asmodeô dignum, Desertum non esset.* (647) *Ægyptiacis. Ægyptus enim (ut superiùs plusquam semel est dictum) tota quondam, & quidem eô ipso Tobiarum duorum ævô dedita fuerat Isidis Deæ flagitiosis cultibus, ac Dæmonolatriæ: &* Elephantina, *seu* Tabenna, *ceu & ipsa pars* Ægypti, (*nempe* Superioris), *eidem fœmineo dæmoni sacrificabat. digna proinde, quæ & illum alterum Cacodæmonem, Asmodæum inquam, reciperet hospitem; Raphaëlis illuc vî potentiâque pertractum, ac religatum.* Isiacam lenam, *Juvenalis posuit, pro* Ægyptia. *suprà.* (648) *Syéne, urbs, & Insula, de qua paullò superiùs, assertione Caroli Stephani, sub ipso* Cancri tropico *directè locata, mediô Solstitii die, Sole in Cancro existente, nullam prorsus corporibus Syenæorũ umbram indulget. Unde, quantopere cuncta illic torreantur, & exurantur, æstimare possis.* (649) *Propter ardoris vehementiam incredibilem, ardori panè* Stygis, *id est, Inferorum, affinem.* (650) Dryadas & Hamadryadas, *arborum Deas idololatris creditas,* Pan, Faunúsque (*qui revera non aliud erant, quàm Asmodæus hic*) *se-*

Stabantur, lasciviæ studiô. Naso in Fastis. De Nymphis illis plura superiùs dixi, ad lib. 2. (651) Sylvanorum, Satyrorum, ac Satyriscorum; qui caprinis incedere pedibus conspecti sunt, à S. Paulo eremitâ primô, apud Divum Hieronymum, in vita ejus, paullò sub initium. Alius item, ab Romano copiarum ductore; de quo egi librô de Ortu, & Occasu Reip. Vet. Rom. vide Indicem, V. Satyrus. *Talium omnium princeps, est Lucifer; dux Asmodæus.* (652) *Septentrione: ad cujus cœli plagam, respectu Ægypti, regio Medorum est; ex qua Raphaël expulit Asmodæum.* (653) *Procùl Ragis, seu Ecbátanis; in qua urbe Raguel & Sara habitabant.* (654) *Epularum nuptialium; quæ, post nuptiarum primum diem, instituuntur. german.* Nach-Hochzeit. *Hadr. Junium vide. Potest tamen & Encæniis, aliísque similibus convivíis, ea vox applicari. De Convivíis Tobiæ, post ductam Saram, memorat l. Tob. cap. 7. v. 17. & Cap. 8. v. 21. & 22. Capite quoque 9. v. 12. ubi notes:* Accesserunt ad Convivium: *sed* cum Timore Domini nuptiarum convivium exercebant. (655) *Pactus erat Tobias Senior, cum Azaria cursore (Angelô Raph:) interpositâ pretii pollicitatione, ut filium, Tob. Jun. perduceret in Mediam ad Gabelum, repetendi debiti caussâ, cap. 5. v. 14. Et Azarias in se negotium receperat. ibid. Promissum igitur nunc, rogatu sponsi Tobiæ, explet; ad Gabelum, cum servulis 4. & camelis 2. profectus, cap. 9. à v. 3.* (656) Recens sponsus,

(To-

(*Tobias Jun:*) *quem socer suus Raguel, interpositu promissi jurati, adegerat ad manendum secum, & cum Sara, novâ nuptâ, socrúque Anna, septimanis duabus adhuc; etiam peractis jam nuptiis. cap. 8. v. 23.* (657) *Tobias senior, dum adhuc dives, & gratiosus apud Salmanasarem regem, obiret Mediam;* monita salutis dabat concaptivis suis *Israëlitis, eos nempe ad legitima Mosaica revocando. Cùm autem Ecbátanis incidisset in* Gabélum *Nephthalíten, admodum tunc egentem; commiseratione stimulatus, mutua dedit ei, sub chirographo, quô se Gabelus obstringebat ad onus restitutionis,* argenti talenta decem. *lib. Tobiæ c. 1. v. 15. &c. Idq; factum erat longè ante mortem* Salmanasaris. *v.* 18. *& antequam Tobias hic incideret in rapaces* Sennacheribi *manus,* (*v.22.*) *extremámque inopiam; qua illum denique adegit ad repetendum argentum, Gabélo creditum: remissô ipsi, pérque Raphaëlem reportatô, chirographô, cap.* 9. *v.6.* Fuit *igitur* antiquum Debitum: *quippe, sub* Salmanásare, *postea adhuc diu regnante, contractum: sub* Sennacheribo *semper manens; & sub Assarhaddóne demum repetitum, atq; redditum.* (658) *Sub* Azariæ *nomine, &* cursoris *habitu, Angelus Raphaël. cap. 9. versu 1. versu 6. & versu 7.* (659) *A Gabelo restitutis. Quæ* talenta *si fuerunt* Hebraica; *cùm unum Hebraicum æquivaleat duobus talentis Atticis minoribus; & tamen unum minus Atticum sexcentos*

constituat argenti coronatos, hoc est, si illud gemines, mille ducentos: decem illa talenta, duodecim millium coronatorum summam effecerunt, ut proinde tanto reportando argento non inutiles videri debuerint 2. Cameli, & 4. Servuli. Tob. 9, v. 6. (660) Dotis *titulô, Raguel Tobiæ Juniori* dimidiam dedit partem, de omnibus, quæ possidebat. & (*quia Sara unigenita parentibus suis, unicéque dilecta erat*) fecit scripturam Raguel (*ait sacer scriptor,*) ut Pars dimidia (*altera*) quæ supererat, *quò* ex asse *faceret heredem filiam*, post obitum eorum (*parentum*) Tobiæ, *generi sui*, dominio deveniret. *Lege cap. 8, à v. 24. Quid autem contineretur in primo illo, protinúsque repræsentatô*, Dotis semisse: *satis explicant illa l. Tob. verba cap. XI, v. 10.* Tradidit ei (*Tobiæ Jun. Raguel*) Saram, & dimidiam partem Omnis substantiæ suæ, in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & in pecunia multa. *Vide & infra v. 18.* (661) *Tobias Junior, recens adhuc nuptiarum*; Niniven, *è Medis, domúmque, redit. Tob. XI. à v. 7. &c.* (662) *Tob. XI. v. 7. ait Angelus Tobiæ Juniori*; Ubi introieris domum tuã, statim adora Dominum Deum tuum: &, gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & osculare eum. Statímque lini super oculos ejus, ex felle isto piscis, quod portas tecum. Scias enim, quòd mox aperientur oculi ejus. *&c. Hæc, ad unguem, exactissimèque, Tobias exsecutus est. cap. XI. à v. 12.* (663)

12. (663) *Oculos, calente hirundinum excremento tabefactos, & in pupilla destructos, acie exesâ, inungit felle Callionymi piscis Tob. junior.* (664) *Tob. XI v 15.* Albuginem, instar membranæ ovi, ex oculis Tobiæ senioris emergentem, apprehendens Tobias junior, traxit ab oculis ejus: statimque visum recepit. *Jam ergò non habebat amplius veterem illam mœrendi caussam*; Quale gaudium mihi, qui in tenebris sedeo; & lumen cœli non video? *Tob. 5. v. 12.* (665) *Nulla namque teneriores, quàm, quæ fluunt è gaudio, lacrymæ. cæteræ verò pleræque morsicant. Tob. XI. v. XI.* Et cœperunt ambo flere præ gaudio pater *videlicet ac mater Junioris Tobiæ.* (666) *Tobias enim Junior magni fecit; quòd ductu Azariæ tam fidò usus esset, in via, facilè 22, aut 23. dierum (quod colligitur è v. 1. capitis XI.) Unde prædicavit hoc illius, ut & nuptiarum, tam feliciter in ipsa peregrinatione confectarum, de se meritum. c. 12. v. 2.* Me duxit, & reduxit, sanum: uxorem ipse me habere fecit: *& alia conglobatè beneficia.* (667) *Quo nomine se Angelus appellârat ipse, cap. 5. Tob. v. 18.* (668) Te quoque videre fecit lumen cœli; *ait Junior ad Tob. seniorem, de Raphaële: apud quem multò magis ista, pluriáque, prædicavit, Tob. 12. à v. 2. & seq. 3. & 4.* (669) *Cui meritò accinit in vesperis Dominicarum hymnus Ecclesiæ*: Lucis creator optime! Lucem dierum proferens. &, *quæ seqq.* Negâssit *porrò,*

pro Negaverit: *aut* negaviſſet, *ἀρχαϊκῶς dictũ. ſicut illud Ciceronis l. 1. qq. Tuſc.* O, Tite, ſiquid ego adjuêro, curámque levâſſo. *Emmanuelem vide, l. 1. Inſtit. Gram.* De modo potentiali, *in Annotationibus, editionum primarum. Verè autem eos, & potiſſimas, gratias egiſſe Deo, S. Scriptura teſtatur.* Cúmq; adorâſſent Deum (*duo Tobiæ*) *& Anna. Et v.* 16. Et glorificabant Deum, (*iidem illi tres*): *& infrà, v. 17. non diſparia.* (670) Niniven, *ſeu* (*Latinâ inflexione*) Nínivam, *incolebat omnis Tobiarum familia. Huc redierat, cum Tobia* Jun: *&* Sarâ, *Angelus*: *& indè quoq; rurſus in cœlum. cap. 12. v. 20.* Tempus eſt, ut revertar ad eum, qui me miſit: (*Deus autem miſerat Angelum Raphaëlem. cap. 3. v. 25. qui* in Cœlo, *tanquam palatio ſuæ glorioſæ ad beatos oſtenſionis, habitat. pſal. 112.*) &, cùm hæc dixiſſet, ab aſpectu eorum ablatus eſt. *In cœlum igitur, ubi erat, qui miſerat eum. De Quantitate proſodica vocis* Ninivæ, *eſt, quod obſervem. Mamercus, poëta Chriſtianus, jaculi quinti fine, ſcripſit hunc verſum*: Extremúmque diem fugit, bene verſa, Ninive. *Si Latini, more Græcorum* (*apud Suidam*, Νινευὶ, πόλις, ἡ Νινευίτης) *pro* Ninive *ſcriberent*, Nineve: *mirum non eſſet, à Mamerco ſyllabam* ſecundam *fuiſſe productam.* Quantum *autem ad ſyllabam* primam; *Lucanũ l. 3. ſecutus eſt; cùm tamẽ & Martialem habuerit ante ſe ſcribentem*, Delicias Ni-

ni vos

ni vos redolete, nurus; & Graci cum Suida constanter scribentes, cum, ι, circumflexô, Νῖνος. Νῖνος (inquit Suidas) πόλις Ἀσσυρίων αὕτη, ἣν ἔκτισε Νῖνος, ἀνὴρ Σεμιράμιδος. ubi vides, & idem esse nomen, & nominis eandē Quantitatem, tam urbi Nino (quæ aliter Ninive, & vivevi, dicitur) quàm urbis conditori; ut Nomenclator Suidas sentit: nempe Nino, Semiramidis marito. (671) Angelus: poëtis aliger. (672) Gestarum rerum fidelem, (ut hodie loquuntur) relationem facit. (673) Venti Orientalis: adeóque, & Orientis. (674) Cacodæmonum regno: Inferno; propter Idololatriam. (675) Contendere de palma victoriâq; paritate. Virgil. In Eclog. 5. Montibus in nostris solus tibi certet (i. e. tecum, ex æquo,) Amyntas. (676) Senior, & Junior. Erant autem in Oriente, partim tunc, partim postea, Tobia quoque alii: nec tamen æquè Deo chari, vel hominibus memorabiles. ut Zach. 6, v. 10. & 2. Machab. c. 3. v. 11. Lib. 1, Esdræ, c. 2. v. 60. & Lib. 2. admodum crebrò Tobias, alienissimus à sanctitate primorum Tobiarum. (677) Phœnix, pro incomparabiliter Excellente, in adagio est. Sui Sæculi Phœnix. Hi sanè tres tunc erant tales in Assyria: Tobias senior, Tob. Junior, & Junioris uxor, Sara; virtutibus, & ad Deum semper erectâ mente, nemini locorum illorum cedentes: & Nephthalæâ tribu terrâque (quæ in Phœnicia est,) orti; ibique geniti. (678) C. Plinius

l. 2.

l. 2. natural. Non aliud eſt Terra univerſa, quàm mundi punctus, *ad quem (utì ad centrum, in circulo, lineæ undequaque) terminantur univerſa, ex omni parte circumpoſita.* (679) *De univerſa familia, & cognatione Tobiæ.* (680) *Dum enim procùl urbe terrâq; Nephthaleâ agerent: in ſtatu captivitatis, & Aſſyria, quid erant, niſi* exules? (681) *Quod beneficium non diſſimulavit, in celebrandis Azariæ laudibus, Tobias Jun; cap. 12. v.* 3. meipſum à devoratione piſcis eripuit. (682) Naſſa, *genus eſt* vaſis piſcatorii: *quod ſi intraverit piſcis, exitum non inveniet, ponitur hoc locò pro* Inſidiis, *quas lecto, etiam Tobiæ Junioris, in* Sara (*ſi hanc ille intemperanter, ut cæteri 7 apperîſſet*) *Aſmodæus tendere paratus erat; niſi abductus in Ægyptum Superiorem, ac religatus illic, fuiſſet.* (683) Peplum, *hîc eſt, non ſolùm tenuis, ſubtilis, & longa, ad talos uſque, ultráque, veſtis, matronalis pudicitiæ majeſtatem, cum auctoritate ſervati illibati thori, decens; ut* πρωάδες ἐλκεσίπεπλοι *incedebant* (*de quo ſuprà*): *ſed eſt etiam* flammeum *illud, crocei luteíve coloris, quo novæ nuptæ velabantur: ut de Martia Lucanus l. 2. Pharſal. canit.* Lutea demiſſos velârunt Flammea vultus, *Saræ nuptias, & inſignia nuptiarum, pudicitiæq; ornamenta, probris, vel familiaritatis cum Incubo dæmone, vel crudelitatis, inhabilitatísve, erga maritos exercitæ, ſepties jam Aſmodæus aſperſerat. Octavis nuptiis ne idem ſubiret dedecus*; S. Raphaël *prævertit.*

vertit, nam Dæmonium ab ea ipse compescuit; inquit maritus ejus, cap. 12. v. 3. (684) Tobiæ Seniori; cujus nurus erat pudica Sara. (685) Videndi facultatem, excæcatione sic amissam: ut lumine cœli frui non posset, à 56. ætatis anno, usq; ad annum 60. Tob. 14. prope initium.

VIII. (686) Piscem illum immanem; qui, devoraturus Tobiam Juniorem, è Tigri flumine exsiliérat, cap. 6. v. 2. libri Tob. (687) Cur piscis iste Lupus dicatur, adnotatum est proximè præcedente Partitione. (688) Lerna, æ, Græcè Λέρνη, ης, palus, aut, ut Zenódotus ait, fons amplus, inter Argos, & Mycenas, Achaiæ; in quo hydrus ille, vel hydra, fuit, plurimorum capitum: quod monstrum Hercules extinxit. suprà quoque. (689) Cerbero, cane Tartareo, trium capitum, & collorum. Virgil. Æneid. 6. Cerberus hæc ingens, latratu regna trifauci Personat. — (690) Alcides, Hercules est; patronymicum, ab Alceus, ei: qui fuit avus Herculis; sicut à Peleus, ei, Pelides, hoc est, Achilles. &c. (691) Venereas flammas, quibus Cupido corda succendit impurorum. (692) Cupiditati mulierosæ Holofernis, ad conspectum statim primum Judithæ gestienti; desideriúmque fœdum, instar equi salacis, vocibus aliísque indiciis, palàm prodenti, Lib. Judith, c. 10. v. 18. & c. XI. v. 1. & v. 20. &c. (693) Venerem, Cyprô zotâ cultam. Unde & Cypris, idis, dicitur, patronym: & in accusativo, non Cyprida tantùm, aut latinè,

latinè, Cypridem; *ſed &* Cyprin: *ſicut* ἔρις, ιδος, & ιν: πάρις, ιδος, & ιν. *Plutarchus.* οἱ γὰρ Κύπριν φεύγουσες ἀνθρώπων ἄγαν, νοσῦσιν. (694) Bethúlia, *quæ Græcis Interpretibus eſt* Βετυλύα; *urbs montana Inferioris Galilææ, in terrâ tribûs Zabulonis: in qua terra, Nazareth etiam, ac mons Tabor, ſunt. Adrichom. vide, in Iſachar tabula: cui adjungitur & tabula terræ Zabulon. num. 19. Zabul.* Bethulia (*inquit*) Galilææ inclyta urbs eſt; ſita inter montana, (& ipſa quoque in monte) pulcro, munito, & alto. (695) *Hebraici, Iſraëlitici, ab* Iſaac *ſuprà, in Tobia.* (696) *Erat enim munitiſſima, non minùs, ac* Troja *quondam minoris Aſiæ; & quævis* Pérgama. *Idem* Adrich. *ibid. & Joannes, Comes Solmenſ: ac Melchior Seydlizius, in hodœporicis ſuis, anni 1483. & 1556.* (697) *Exciſis reliquæ Galilææ oppidis, ac municipiis,* Iſraëlitis (*qui utique* poſteritas *erant* Jacobi, *ejus, qui dictus ab Angelo fuit* Iſraël) *Bethulia propè ſola ſupererat, ab Aſſyriis adhuc inexpugnata.* (698) *Juventutis robuſtiſſimæ, quæ erat in exercitu Aſſyriorum, vi, & fortitudine; qua Bethuliam incurrebant.* (699) *A* Ninive *urbe; quæ à* Nino *rege ſic dicta,* (*ſuprà*) *& quæ tunc temporis annum jam duodecimum, unà cum Aſſyria ipſa, erat in poteſtate Merodachi Nabuchodonoſoris: & totius Aſſyriæ metropolis.* (700) *Sub Merodácho namque Nabuchodonóſore, etiam* Medorum

erat

erat regio: quam is, annô proximè superiore, legatô utique, ductoréque copiarum, haud alio famosiore, quàm Holoferne Persâ, ad Assyriam adjecerat: occisô rege Media, Arphaxâdo. Talia bella vocibus, & furijs armorum, ceu classicis, inflammabat hic Holofernes, ante alios omnes. ut non nequicquam dixerit de eo postea S. Judith, cap. 16. versu 12. Horruerunt Persæ constantiam ejus; & MEDI audaciam ejus. Tunc ululaverunt castra Assyriorum; quando apparuerunt humiles mei: *pra quibus nempe Hebræi erant pygmæi.* (701) Caucasus *mons, jacet, ingenti Alpium nivosarum multitudine & excursu, ab Occasu in Ortum, in terris Septentrionalibus: ultra Colchos, Armenios, Ibéros, Hyrcanos, Medos, mare Caspium, Bactrianos; & multò magis, ultra Assyrios. qui omnes populi, quasi Caucaso inclusi subjectique, in ditione erant* Merodachi-Nabuchodonosoris, monarchæ Babylonii, & Assyriorum. *Unde meritò deinde cecinit* S. Judith. c. 16. v. 5. *Venit Assur ex montibus, ab Aquilone, in multitudine fortitudinis suæ. &c.* (702) *Tonitru. nam more tempestatis omnia pervadebat, & exsternabat.* (703) *Talis, in metaphora, gentibus ac rebus Syrorum, ubicunque his incidebat, Holofernes, & erat, & habebatur.* Judith. cap. 2. à v. 14. & cap. 3. versu 1. (704) *Surgentis, seu orientis.* (705) *Occidentis; Oceanum Atlanticum subeuntis.* (706) *Duris, indomitis, implacabilibus.*

Tibul-

Tibullus, de primo navigante l. 1. Quàm ferus, & verè ferreus, ille fuit? *& alibi quoque ſæpiùs.* (707) *Qualis* Cyclops *fuit ille Siculorum* terris; Polyphemus, *inquam, apud Maronem Æn. 3. Sunt autem &* maris Cyclopes. *Unde, apud Arbitrum Eumolpus, de navarcho Lica,* Hic eſt Cyclops ille, & archipirata, cuj veſturam debemus. (708) *Maris rubri; aliter &* Erythræi *dicti.* Thetis, idis, *Dea maris, pro ipſo* mari *ſumitur: ut ſæpè jam dictum.* (709) ἐρυθρὸς, ὸν, ruber, *unde,* mare *dicunt* Erythræum, *dici, quòd color ejus rubeſcat. Alii, hoc explodentes, cum Q. Curtio, malunt, id ab* Erythra rege, *illius maris littoralibus terris jura dante, deducere. Porrò, ſub* Merodácho Nabuchodonoſore *quoque erant eadem illa, quæ ſub Erythra fuerant, terræ; ad Perſicum uſque* Sinum: *qui maris Erythræi pars ac procurſus eſt.* (710) *Latro famoſiſſimus, apud Tit. Liv. l. 1. Virgil Æn. 8. Propert. eleg. 10. l. 4. Naſon. 1. Faſtorum. Primam* Caci *ſyllabam Maro* producit *cum Ovidio, in Faſtis, & Properti.* Corripit *autem alibi idem Ovid. 9. Metamorph: ubi Hercules, de manibus ſuis loquens, & hoc ipſo Caco, ait;* His, ecce jacet moles Nemeæa, lacertis: His Cacus, horrendum Tiberinô in gurgite monſtrum. (711) *Quantâ violentiâ provincias, ac terras Occiduas univerſas,* Holofernes *evaſtârit; fusè deſcribit libellus Judith, cap. 2. & 3. Jámque Syriâ omni direptâ,*

Phœni-

Phœniciâque exhaustâ; proximè Galilæam etiam Inferiorem conculcaturus (ut vis verborum S. Scriptura sonat, cap. 16. v. 5)totam erat : dummodò Bethuliâ priùs subacta. (712) *Ditiones tribûs Zabulonia; cum ipsa Bethulia.* (713) *Judith. cap. 10. v. 11. nam, in descensu primùm montis, ad castra, incipiebat diescere.* (714) *Nec enim, aut ab Holoferne tunc accita, evocatáve; aut à civibus suis Bethuliensibus, ejus obeundæ legationis caussâ, appellata rogatáve: sed* ultrò, *se periculo dedit, & immisit.* (715) *Ut enim Interpretatio vocum S. Scripturæ Hebraicarum, Antuerpianis, ante hos annos, typis edita seorsim, & fusè, exponit: id nomen,* adverbialiter, *idem exprimit, quod vox,* Judaicè. (716) *Respicitur, hôc locô, ad* Vagaónis *eunuchi gemitum & clamorem; quo deploravit inventum à se Holofernem, sine capite; volutatum in sanguine suo. cap. 14. v. 16.* UNA Mulier Hebræa (*quod tota gens non potuit*) fecit confusionem in domo regis Nabuchodónosor: *& universa* consilia illius bellica subvertit. (717) *Amazones, bellicosissimæ, victoriisque celebres, mulieres; in Scythia maximè, circa Thermodoontem fluvium.* Amazon *in singulari, quasi* ἄνευ τοῦ μαζοῦ, sinè mammarum *alterutrâ* (*ut ait Herm. Torrent.*): *quippe, quam puellis in infantia statim deurebant; ne postmodum adultæ, vel puberes, in tendendis arcubus, ambarum simul tumore prapedirentur. Po-*

nitur

nitur hôc locô, per antonomasiam, pro heroide fortissimâ : *&* Judithæ *accommodatur.* (718) Hebraicæ nationis: *quæ tota, ex intentione Dei primâ*) Deo dedicata *erat. suprà, & sæpè.* (719) *Quasi thuris arbuscula, frutéxque: qui affatim progignitur in regione, quam* Arabiam Sabæam *geographi latini,* Schébam *verò Joan. Nicol. Vischerus, Belga chalcographus, appellat, in sua Paradisi tabula.* (720) *Judith. cap. 8. v. 5.* In superioribus domûs suæ fecit sibi (*S. Judithæ viduæ*) cubiculum; in quo, cum puellis suis, clausa morabatur: *piæ solitudinis amore.* (721) *Sicut de Sponsa Dei* (*devotâ sanctâque Animâ*) *Salomon ait, Cantic. 3. v. 6.* Quæ est ista, quæ ascendit per desertum (*solitudinis locum,*) quasi virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris? *&c.* (722) *Qui, conjuge vivere desinente, viduus in gemitu suo, usque ad mortem, perennat. Judith. 8. v. 2.* Vir ejus, fuit Manasses: qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ, in Bethuliâ, civitate suâ. Erat autem Judith, ejus Vidua, jam annis tribus, & mensibus sex: mansítque (*addit cap. 16. v. 28.*) *expers omnis alterius, post Manassen, viri,* centum & quinque annos : *adeóque usque ad vitæ finem.* (723) *In maximis licèt divitiis* (*cap. 8. v. 7.*) *non tamen cujquam esse verisimile possit; tam sanctam matronam incubuisse mollibus, ac pretiosis stratis: aut lectulo eburneo, citreo, cédrino, testudineóve,*

neóve; sed potiùs, haud rarò, nudis asseribus: ac certè quidem grabato, pane plebejis, atque trivialibus, è tignis. Fraxinus arbor, ab H. Junio dicitur Alemannis vocari, Escheren/ Staineschen/ Eschenbaum. (724) Hujus, & cujusvis alterius rigoris, conjectura poëtica probabilitatem conciliat rigor, qui, Fidei divinæ certitudine, nobis de S. Juditha, per Scripturam sacram innotuit. ut, v. g. quòd solitariè sese concluderet, cap. 8. v. 5. quòd lumbos ciliciô cruciaret: quòd totâ vitâ quotidie (Sabbatis, & Festivitatibus, exceptis) jejunaret, ibid. v. 6. Est autem rigor ingens, in multa longáque vigilia, pro Dei amore susceptâ, luctari adversùs irruentem somni necessitatem, & cupidinem; ut in Palinuro dormitante patet, Æn. 5. f. (725) i. e. exquisitô assumptô vestitu, personam, velut in comœdia aliqua, obiens mulieris Nöémæ, vestium illecebrosarum studiosissimæ (de qua mox). Induit enim se, inquit S. Scriptura, cap. 10. v. 3. vestimentis jucunditatis suæ. induítque sandalia pedibus suis &c. & omnibus ornamentis suis ornavit se. quæ tamen omnis compositio, non ex libidine, sed ex virtute, pendebat. cap. 16. versu 4. Quod autem attinet ad Noëmam; fuit hæc posteritatis Cainiticæ: adeóque, degeneris stirpis; filia Laméchi, descendentis è Caino, primi omnium digamorum, seu uno eodémq; tempore duas simul uxores habentium: è Scilla, alterâ uxo-

uxorum prognata. Geneſ. 4. v. 22. Hæc Noëma, *auctoribus* Lipomanno, Genebrardo, Petro Sanchez, *de regno* Dei, *nec diſſentiente* Salianô, *in ann. mun. 688. ingenioſa, non ſolùm lanificii ſubtilioris inventrix fuit, & introductrix, pro pelliceis* Evæ *tunicis; ſed etiam, earum veſtium, quæ* Coæ *poſtea, Sericæq́, & diaphanæ tralucidæq́, tunicæ, dictæ fuerunt, & uſurpatæ: libidinoſorum in viris oculorum irritamenta. Quod autem invenit, & excogitavit circa veſtes* Noëma, *hoc (quis dubitet?) prior ipſa geſtavit.* (728) Progreditur *in publicum. Phædria Terentian*: Exi, ſcelleſte: prodi foràs. &c. (729) *i. e.* Committit ſe. *Maro 2. Georgic.* Inque novos Soles audent ſe gramina tutò Credere— &c. *Hæc porrò de Judith, exactè narrantur cap. X. à v. 11. ac deinceps.* (730) *Mulierum, non matrimonii jure legéque, ſed proſtituendi ſuî cauſſâ, militiam ſequentium: cujuſmodi fuit Cozbi Madianitis, cum comitatu ſuo, ſuprà ad libr. 2. &, poſt has, Thais, Campaſpe, Thalaſtris, in caſtris Alex. Magni. Cythéris, ſeu Lycóris Volumnia, in Marci Antonii; Eúnoë Maura, in Julii Cæſaris; Claudia Sacrata Ubia, in Petilii Cærialis, apud Tacit. in hiſt. &, noſtrâ memoriâ, non pauca, nec in paucorum agminibus. Non talis farinæ* S. Judith. (731) Electrum: *quod & ipſum attritum, affrictúmve, laneo panno &c. vim attrahendi habet.* (732) *Vermis, in ligno naſcens (præſertim navali) illúdque exedens.* (733) *Fortunarum, opum, divitiarum.*

rũ. magnô namq; tales ſuimet ornatrices, & venditrices; plerumqiie conſtant: Hinc Parmeno Terentianus ille, de Thaide Phædria: En! egreditur fundi noſtri calamitas! nam; quod nos capere oportet; hæc intercipit. (734) *Sicut evénit Pompejo Straboni, Cn. Pompeji M. parenti: de quo ſcripſi, in Ortu & Occaſu reip. Vet: Romanæ. Vide Indicem;* V. Pompejus. (735) *Copiarum militarium: velut accidit exercitui Pomp. Magni: cùm ex eo; in Græciam è navibus exſcendente; militum nonnulli fulminati, lævum cæteris auſpicium, & omen, injecerunt.* (736) *Holofernes, è probabili,* Perſa *natione fuit; etiam ex analogia nominis ejus; tum nominibus Perſicis,* Dataphernes, *ſeu* Dataphernes, Tiſſaphernes, Artaphernes; vel Artafernes; *& ſimilibus; apud Cornel. Nepotem. Suberant illi quoque, ut ductori gentilium ſuorum;* Perſæ. *unde S. Judith cap. 16. cãnit, v. 12.* Horruerunt Perſæ conſtantiam ejus: *Perſarum porrò Dii fuerunt,* Ignis-æternus; *argenteis altaribus; in expeditionibus, præferri ſolitus, apud Q. Curt. l. 3. c 3. &* Sol Mithres: *ut indicavi in Ruinâ Zoroaſtris.* (737) *Flammæ libidinum.* (738) *Veneri; ſeu Venereo Dæmoni:* cujus halitus prunas atdere facit. *Job. 41. v. 12.* (739) Lectos. *pars pro toto poſita, per ſynecdochen.* (740) Veneris; *è Cypro, Cypriove mari; orta. ſuprà.* (741) *Sicut* Tithônus: *ut eſt in fabulis.* (742) *Juditha.* (743) *Per cœnum univerſarum libidinum. Reſpicitur quoque ad illud*

Eccli. 9. v. 10. mulier fornicaria, quasi stercus in omni via conculcabitur. (744) *Martis. per epenthesin.* (745) *Militaris, in cono galeæ. In adagio est,* Cristas tollere, erigere, &c. *i. e.* superbire. (746) Bestiali, *ut loquuntur ascetæ*: sicut equus, & mulus, *psal.* 31. *v.* 9. (747) Veneris. *Herm. Torrentinus.* Matrem *alii Veneris, dicunt*: *& tamen pro Venere quoque poni, agnoscit.* (748) *Jam alibi, & maximè ad Danielem suprà, dictum est; Assyriorum insigne castrense, fuisse* Columbam. *Ex Assyria autem eduxerat copias suas Holofernes, Judith. c. 16. v. 5.* Venit *Assur* ex montibus, in multitudine fortitudinis suæ. (749) *In lectis.* (750) *Lampsacenus Deus; Priápus veteribus erat. Unde, per antonomasiam*, Lampsacenus grex, *fœdus & lascivus grex; quia fœdior apud idololatras Deus non erat eô. qui tamen Lampsaci, Hellesponti urbe, & aris colebatur, & simulacris, & moribus, obscœnissimis.* (751) *Raptoris Helenæ, & adulteri. 2. Æneid.* (752) *De summa Lucretiæ Latinæ pudicitiâ matronali, T. Livius l. 1. narrat: & Ovid. in Fastis, de Regifugio.* (753) *Pudicitiæ Judithææ; extraneo viro omni illibatus.* (754) *Thesei fuit uxor, Antiope Amazon; Hippolyti castissimi casta mater: à Theseo nihilominus trucidata, furibundô impetu. Seneca, Hippol. Act. 3. sc. 2.* (755) *Impúdicæ adulteræ affectu pervertere: quem exprimit Naso, in epist. Helenæ, ad Paridem.* (758) *Uxoris Ulyssis: cujus pudicitiam, viginti annorum*

rum maritalis absentia, nequaquam labefactavit. (759) Insidiarum *videlicet: quæ, in latebris, tenduntur pudicitiæ tuæ, ô Juditha.* (760) Latrina. *nisi, quòd* foricam *dicant, esse publicam*: latrinam *verò, privatam.* 1. *Machab.* 2. *v.* 62. *de impio, & fœdo Antiocho Epiphane, ait Mathathias*; Gloria ejus, Stercus est. (761) *Terræ putorem, odorémque teterrimum, ex aquis corruptis, aut aliis sordibus, exortum. Virg. Æn.* 7. — Sævámque exhalat opaca mephitim. (762) *Quia ultrò cordi erit ei, impuræ; sectari impurum. Thais, meretricula Attica, apud Terent. in Eun: & in castris* Alex. *M. postea alia, nominis ejusdem.* (763) *Puella fuit* velocissimi *cursûs in* Arcadia: *ducta tandem à Meleágro.* (764) *Penéi, Thessaliæ regis, filia, & virgo: quæ Apollinem, petulanter se insequentem, ocyssimâ fugâ, tandémque suî metamorphósi, elusit. Naso* 1. *Metamorph.* (765) Insigne pudoris, *hæc vestis fœminarum, ad talos usque demissa, dicitur à Nasone. l.* 2. *Trist.* Ecquid ab hac omnes rigidas, submovimus Arte, Quas stola contingi, vittáque sumpta, vetat? *suprà. Hîc, pro* pudicitia ipsâ *sumitur.* (766) *Principe prædonum maritimorũ. Eumolpus apud Arbitrum, de Lica*: Hic Cyclops ille, & archipirata, est. *&c. suprà.* (767) *Cypriî maris, & regni: quod universum quondam Venere, lupanaribúsque, refertum*; *Holoferni peropportunum futurum erat.* (768) Galatéa *puella*, *seu Nympha, marina*; Dóridis, *è Néreo, filia: preci-*

buts ac blanditiis ſexcentis Polyphemi Cyclópis, archipirata Siculi maris, ad conſenſum ejus cupidini prabendum, emolliri non potuit. Ovid. *Metamorph. 13. poſt med. Timor autem eſſe potuit, (niſi Deus, Angeli miniſteriô, praverteret periculum) ne flecteretur à tyranno Holoferne, ſaltem vî ſuperata, Fuditha.* (769) *Gemmis diſtinctum fuiſſe pretioſum Holofernis lectum; ſatìs claret è pa-*

pilione lecti: de quo Judith cap. 10. v. 19. Videns itaque Judith Holofernem, ſedentem in conopéo, quod erat ex purpura, & aurô, & ſmaragdô, & lapidibus pretioſis intextum &c. *inter quos haud dubiè pyropi quoque carbunculíq; ſplendorem, nocturna facis cubicularísque lychni fulgore provocatum, acriúsque incenſum, geminabant.* (770) *Non Mileſiorum tantùm, ac Sybaritarum, Tarentinorúmque, ſed mollium quarumvis gentium (quas inter, & Aſſyrii fuerunt, exemplô Sardanapáli) fuit iſta luxuries; ut ingenti copiâ roſaceorum foliorum, pulvinos, culcitras, & lectos, infercirent: immò, foris quoque perſpergerent.* Cæl. *Rhodiginum vide, in Indice V.* Smindirides. (771) *Pulpita ſubinde ſcenica, theatraliáque, tam largo croci ſuccô fuiſſe perfuſa, legimus; non ſolùm apud Anaſtaſium à Valle, tr. de Amphitheatris, ac Spectaculis; ſed & apud Martialem: qui* croceos *nobis etiam* nimbos, *ob copiam, narrat.* (772) Juditha. *γύμφας enim apud poëtas paſſim dici, etiam illas, reperias;*

qua

qua Virginitatem jam exuissent; non autem puellarem quoque formam (quam S. Fuditha retinebat, cap. 10. v. 4. & v. 7.) (773) *Lupanar, hôc locô, & occasione. Arbiter, de quadam vulgati corporis*: Ecce, ipsa venit ad stabulum (*in quo deinde fœdissima quæque peragebantur*): *& alibi sæpius.* (774) Obscœnæ impudentiæ. *apud Juvenal.* Opicos mures, Opicam amicam, *legis.* (775) Urus, *sylvestris est taurus, in Germaniæ quondam, Hercyniis præsertim, sylvis, frequens admodum. Alemannicè*, Aurochs. *vulgò &*, búbali. *Qualis porrò in juvencas, (i. e. Babylonias electæ formæ fœminas) hic taurus Holofernes extiterit, in transitu suo, subindéque morâ, ad urbem illam tractâ: conjice è moribus, partim Babyloniarum, ad talia flagitia promptissimarum, apud Q. Curt. l. 5. c. 1, partim Assyriorum (& quidni maximè*, ductoris *eorum?*); apud quos fœdum erat, si fœmina irrideret virum, agendo, ut immunis, *id est, inviolata*, ab eo transeat. *Judith. cap. 12. v. 11.* (776) *In monte Arcadiæ Erymantho, aper erat, quem* Mænalium suem, *à monte* Mænalo, *Megara apud Senecam in Herc. Furente nominat, Actu 2. incredibilis magnitudinis: quem Hercules, vastatorem agrorum illius omnis vicinia, cepit: &, impositum humeris suis, ad Eurysthea regem retulit. quo conspecto, territus Eurystheus, in æreo se vase occultavit.* (777) *Inferni: cinisionem libidinum. de quo in Tobia, suprà.*

(778) *Posterô diluculô.* (779) *Agnitum ad clariorem diei, & experimentorum, & animi, lucem.* (780) *Alectûs, Megæræ, ac Tisiphonês. suprà.* (781) Cypriæ; Venereæ *haræ, seu stabuli porcarii. In urbe Cypri, Paphô, præ cunctis, colebatur Venus; immensô etiam, ad littus, numerô prostitutarum. Patronymikῶς,* Paphis, idos, *pro* Paphia, æ. (782) Legionis Decimæ, & Decumanorum *militum, præcipua fuit ad Jul. Cæsarem auctoritas, & existimatio. de bell. Gall. l. 1. & l. 2. de prælio cum Nerviorum copiis. Habet autem & Sathanas Lucifer suas* legiones, *Matth.* 8. *v.* 31. *& Marci* 5. *v.* 9. *ad Ephes.* 2. *v.* 2. *& cap.* 6. *v.* 12. *In* Holoferne, *tam intemperante, & per omnia flagitioso, dubitem, fuisse legionem, stabulantem in immundissimâ cordis ejus haræ?* (783) Holofernis; *pecudis verius, quàm hominis.* (784) *Judithæ responsio, ad poëtam, aut Musam; hucusque pro ipsa sollicitos.* (785) *Velô, operimentô, tenebris.* (786) *Juditha, pollicita verbis,* Se flagitio nulli succubituram. (787) *Holofernes. Sic enim dixerat Vagaóni,* Suade Hebræam illam, ut sponte consentiat habitare mecum. *cap.* 12. *v.* 10. *caussa.* Erat enim cor ejus concussum, & ardens in concupiscentia ejus. (*Judithæ*). *v.* 16. (788) Judith, & abra *ejus. i. e. pedisequa, quam secum duxerat in castra. Excubabant autem ambæ nocte illâ, pervigiles. Judith. cap.* 13. *v.* 5. *& 6. &c.* (789) *Judith.* 13. *v.* 3.

Por-

Porrò, Holofernes jacebat in lecto, nimiâ ebrietate sopitus. (790) *Juditha. cap. 13. vers. 6.* Stetítque Judith ante lectum, orans cum lacrymis; & labiorum motu, in silentio, dicens, &c. *Hæc certè*, Vigilantis *erant*. Erat autem Judith sola in cubiculo. *cap. 13. v.* 2. ancilla, verò, stans foris ante cubiculum; ut observaret. *v. 5.* (791) *Judith. c. 14. v.* 29. Videns Achior caput Holofernis (*jam præcisum, & à Juditha coràm ostensum sibi*), angustiatus præ pavore, cecidit in faciem suam super terram: & æstuavit anima ejus. (792) Canticum S. *Juditha, scriptum est cap. 16. à v. 2.* (793) *Pes primus versûs hujus, ut alibi*, procelevsmaticus *est.* (794) *Protestatio* S. *Juditha, cap. 13. v.* 20. Vivit autem Ipse Dominus, quoniam custodivit me Angelus ejus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & indè huc revertentem. *&c. per sequentem ejus orationem ad populum. Summa orationis ejus fuit*: Non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari. (795) *Menti illibatæ, respondisse munditie suâ Corpus etiam, indicat.* (796) *Assyriorum, Idololatriæ deditam.* (797) S. *Gregor. M. homil. 25. in Evang.* Virtus boni operis (*coronaria, & consummata*) *non Opus nudum, sed* perseverantia est. *Quibus adde, pro sequentibus* Senariiis, *ex eodem* S. *Gregor. l. 1. Moral. c. 1. in Job.* Sicut gravioris culpæ est, inter bonos bonum non esse; ità immensi est præconii, bonum, etiam inter malos,

malos, extitiſſe. (798) *Eminentior, in medio, pars clypei eſt* Umbo. *poëtis ſæpe, totus eſt clypeus, per ſynecdochen.* (799) *Judith. c. 10. v. 17.* Cùm intrâſſet (*Judith*) ante faciem ejus (*Holofernis*), ſtatim captus eſt in ſuis oculis Holofernes. *&, cap. 16. v. XI.* pulcritudo ejus (*Judithæ*) captivam fecit animam ejus. *Hæc autem, quæ ponuntur his Senariis, ipſamet de ſe S. Judith enuntiat. cap. 16.* (800) *Pes primus, procelevsmaticus.* (801) *Judith. cap. 13. v. 20.* Sinè pollutione peccati revocavit me vobis (*Angelus, ductor & comes Judithæ, ibid.*) gaudentem in evaſione meâ. (802) *Venereæ cupiditatis flammas. ſuprà.* (803) S. *Judithæ, civis Bethulianæ; & in illa quondam urbe nuptæ civi Bethulienſi. cap. 8. v. 3.* (804) Cœlô. (805) Vitta, *vittatáque capita, maritatarum inſignia ſunt, & matrimonii jugo ſubditarum.* Eſte procùl, vittæ tenues, inſigne pudoris! *ſuprà, bis.* (806) *Ex intimo cordis ſinu, ſenſúque, prolatis verbis.* (807) *Judithæ, heroide verè maſculâ.* (808) Noctis. *ſub hanc enim* Heſperus *oritur, ſtella nuptiarum. Catull. in epithal.* Veſper adeſt, *&c.* (809) Stellæ matutinæ: *cujus regnum piis, ac ſanctis eſt, mox ſe Deo reddere*: Juſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculô: & in conſpectu altiſſimi deprecabitur, *&c. Eccli. 39. v. 6.* (810) *Juxta illud, Proverb. 31. v. 10.* Mulierem Fortem quis inveniet? (811) *A ſacris litteris* decreti, *& à Spiritu S. conſtituti.* Procùl, & de Ultimis finibus

bus pretium ejus. (812) S. *Juditha. Cap. 8. de Manasse mortuo, sepultôque, Bethuliæ. v. 4. dicitur:* Erat autem Judith, relicta ejus vidua. *&c. suprà.*

Libri III.

Ejusdémque Testimoniorum, & Observatiuncularum,

Finis.

Antiquitatum Angelicarum teſtamenti Veteris,

INDEX
rerum memorabiliorum.

A

ABRAHAM terras idololatrarum deſerit. pag. 10. ubi periclitabatur de vita. 35. & 36. Ab Angelis inviſitur. 11. quos epulô reficit. *ibid.* & 38. & 39. Ab iiſdem viciſſim, filii Iſaaci promiſſione reficitur. 11. necnon & curâ, ac ſoſpitatione, filii Iſmaëlis. 12.

Abyſſus. 119. Acerra. 262. Achates. 304. Acheron. 113.

Achior. 373.

Actoris, & Accuſatoris, diſcrimen. 115. & 116.

Admiſſionis primæ amici. 24.

Adónis. 274. & 275. & 276. Adonidem plangentes mulieres. 200. & 201. & 274.

Ador. 254.

Ægyptus Superior, quæ. 349. & Inferior. *ibid:* Ægyptiorum Dii. 125. & 126. Ciborum deliciæ, ab Hebræis expetitæ. 126.

Æternitas pœnarum. 203. & 204. & 205.

Æthra. 25.

Agapæ Chriſtianorum. 319.

Agar, Angelis curæ eſt. 12.

Agentes impii. 120.
Album forense &c. 153. & 169.
Amazones. 363. & 364.
Ambrosia, cibus. 129.
Amicitia, quæ vera. 215. quæ falsa. 304.
ANGELORUM præconia, ac tituli. 3. & 23.
Eorum quodammodo infantia. 5. Angeli Deum omnium primò laudant. 5. &, ejectô Luciferô, epinicion canunt. 6.
Abrahamo apparent. 11. eíq; diversa beneficia præstant. *ibid*: & 12. & 13. ut & Agari, & Ismaëli, propter Abrahamum. 12. Et Saræ, atque Isaaco. 13. Lotum insontem Sodomis educunt. 13. & 14.
Angelus nuptiarum Isaaci procurationem dirigit. 15. Angeli pascua Jacobi regunt, ac ditant. 16. & 17. Jacobum, Esavi fratris furias paventem, confirmant animo. 20.
Angelus cum Jacobo luctatur. 20.
Angeli, cœlo coævi. 5. & 27. Creati in statu beatitudinis naturalis. 27. & 28. & probabiliter, omnes primò in Gratia. 28. Eorum novem chori. 30.
Angelorum comitia, in caussa S. Jobi. 67. & caussæ ventilatio. 68. eorum, erga Jobum, favor. 72.
Angelus ex Ægypto educit Israëlitas. *à pag.* 74. per mare rubrum. 75. per desertum Arabicum. *ibid*: 76. & 77. Ibi pascit eos. 77.

A Balaami exſecrationibus ęos ſervat. 77. & 78. Item, 131. & 132.
Angelus Joſuam incitat, ad Jerichuntis everſionem. 83. & 84. In locum ſentiū deſcendit. 88. 89. 90. Iſraëlitas ad pœnitentiam, oratione gravi, movet, 91. & 92.
Angelus Davidem caſtigat. 94. Eundem Angeli juvant in prælio. 95. & 166. Judæos in Ægypto ſervat Angelus, ab exitio. 97. Sennacheribi exercitum Angelus delet. 96. Heliodorum Angeli flagellant. 98. & aliis cladibus alios impios coërcent. 98. & 99. Angelus, Ægypti vaſtator. 125.
Angeli, ſuper cacumina pyrorum gradientes. 95. & 166. Lyſiam, & Timotheos duos, profligantes. 173. & 174. & 175. & 176.
Angelorum in Eliam beneficia, à pag. 188. uſque ad 192. Et in Eliſæum. 190.
Angeli Seraphini. 194. & 195. Angeli diverſi Danielem erudiunt. 214. Eundem, cum ſociis ejus, incolumem iidem ſervant. 214. & 215. & 216. 217. & 218. In forma equorum appárent. 220. & 221. Unus etiā formâ menſoris. 221. & 222. In forma ſeptem oculorum, alii. 223. Formâ nuntii, S. Angelus Raphael, à 233. uſque ad 239.
Angelus cuſtos Judithæ præſtat in caſtris inviolatam. 248.
Angeli, pro populorum ſuorum ſalute ſolliciti ſunt. 303. Danielis leones quomodo miti-

mitigârit Angelus. 307. Angeli inferiores à ſuperioribus multa diſcunt, 341.
Reliqua vide, ſub nominibus perſonarum, in quas Angeli fuêre vel benefici, vel ſeveri: ſuis quaque locîs.
Antichriſti typus. 210. & 212. & 297. Ejus futurus interitus, 213. vocatur Beſtia. 300. & 301. Antichriſtus, quínã perperã creditus. 297.
Antiochus Epiphanes, ſeu Illuſtris. 296. & 297.
Antiopa Theſei, 369.
Apex. 101. apicatus. 102.
Ara Martis Ultoris. 174.
Arabiæ plures. 121.
Arbor infelix. 277.
Archaica verba, in Imperfecto. 314.
Armiluſtrium. 111. & 112.
Aſmodæus, diabolus. 231. ejus, è domo Raguelis, ejectio. 236.
Aſmodæi abductio, in deſertum Ægypti. 236. & 237. & 351. Loci captivitatis ejus, topotheſia. 350. & 351.
Aſphaltites, lacus. 122.
Aſſyriis, quídnam turpe. 371.
Aſſyriorum notæ bellicæ. 288. & 368.
Aſtarte, Dea veterum. 274.
Atramentum. 277. atrati. 328.
Avernus. 111. aves, veris prænuntiæ. 334.
Aurum Ophiræum. 24.
Auſitis regio. 106. & 108.

Axis, 118.

B.

Baal, & Baalim. pag 152.
Balaam, ariolus. 77. 78, &c. ejus asina, pag. 78. & 132.
Balsami hortus. 144. balsami diversa genera. 156.
Barathrum quid. pag. 120.
Beelphegor. Vide Phogor, *infrà*.
Bellicæ gentium nonnullarum notæ. 288. & 289.
Bethulia, urbs, pag. 360.
S. Birgitta Vidua. 290.
Bonus inter malos. 374.
Bosræ, urbes. 55.

C.

Cacus, latro. pag. 362.
Callionymus, piscis. pag. 344.
Calumniam jurare. 115.
Candidati. pag. 257.
Canis Tobiæ junioris. 234.
Canópus, urbs. pag. 124.
Carmelus, & Charmel, diversi. pag. 256.
Castitatis custodia, magnum Dei beneficium. 240. & 241.
Castrorum tentoria. &c. 282.
Cerberus. pag. 294.
Chanaanitidis antiquæ populi. 148. sceleſtiſſimi. pag. 14. & 148.

Cher-

Cherſoneſus aurea. pag. 32. Chobar. 270, Cinnabaris. 136.
Circenſes factiones, coloribus diſtinctæ. 29. In Circo Romano quænam circumferrentur. 309.
Clavata toga. 112.
Coccus, & coccinum. 313.
Coloniæ veterum. 149.
Comitium, quid? pag. 298.
Conopéum pretioſum. 370.
Conſcientia mala. pag. 284.
Cornelius Schonæus. 331.
Cothurnus. 136. Covinus. 321.
Creperus. 113. Crócinus ſuccus. 371. Crocodilus. 273.
Cupreſſetum. 140. Currus, in prælis Philiſtinorum. 165.
Cydaris. 295. & 328.
Cypris, in *ida*, & *in*. 360.

D.

Dædala Circe. pag. 268.
DANIELIS prophetæ res, viſa, vaticinia, & geſta. à pag. 206. uſque ad 218. *incluſivè*. Danielis laudes. 206. & 285. & 286 quatuor monarchiarum aſpectus. 207. ſub forma etiam totidem beſtiarum. 208. & 209. A Daniele prævisa regna Syriæ, & Ægypti. 209. & 210. & Antiochus, Antichriſti typus. 210. & judicium ſupremum. 210. & 212. & 213.

Daniel ab diversis Angelis instruitur. 214. ab iisdem servatur incolumis. 216. 217. & 218. ut & Danielis socii. 215. & 216. Daniel in lacu leonum. 216. & 217. & 306. & 307. Danielis cœlibatus, qualis. 285. quatenus Eunuchus sit dictus. 286.

Darii Codomanni cubilia. 291. & 292. interfectores. 292. Ejusdem, cum ariete Phryxæo, comparatio. 293.

David rex, punitus. 94. quàm diuturnâ pestilitate. 164. Idem, ab Angelis adjutus in prælio, 95.

Decumani. 372. Desiderium cœli. pag. 290.

DEUS olim variis modis homines docuit. pag. 64. & 65.

Dina, Jacobi patriarchæ filia. 66. & 108. 109. & 110.

Dryades. 39. & 40. ab Hamadryadibus distinctæ. 41. Earum proci. 351.

E.

ECCLESIA, sub typo Jerosolymæ. pag. 221. & 222. & 223.

Echo. pag. 91. & 157.

Elephantina, insula. pag. 351.

Elephantis dens. 28, ad elephantos damnati, homines. 171.

ELIAS, propheta. à pag. 188. usque ad pag. 192. *inclus.* Eliæ pater. 253. ei oblatum, de filio, ostentum, *ibid.* Elias, quando translatus in

in paradiſum. 255. ubi nunc verſari credatur. *ibid.* & 256. De Elia, plura à pag. 253. uſque ad 258. *incluſivè.*

Eliſæus, propheta. pag. 190.

Enoch. 255. bis. & 257. bis. & 258. Ubi verſari cenſeatur. 255. & 256.

Equi, inter myrteta. 220. & 221. & 312. Equi ſonipedes. 313. cornipedes. 314. Equorum inſanus, ad libidinem explendam, ardor. pag. 271. & 272. Equus Caſtoris, & Pollucis. 312.

Equitum transvectio cenſoria. pag. 112.

Erymanthius aper, terribilis Euryſtheo. pag. 371.

Erythræum mare. 362.

Euryſthei regis pavor, ac latebræ. pag. 372.

Ezechias rex, ab Angelo adjutus. 96.

EZECHIELIS prophetæ res, & viſiones, à pag. 196. uſque ad 206 *excluſivè.*

Ejus cœlibatus. 196. & 197. Ejus viſio ſolii Dei, & currûs Gloriæ. 198. Ejuſdem LXX. ſeniores; & eorum abominanda idololatria. 199 & 200. Ejuſdem Viri-Gementes. 202. Ejus intuitus damnatorum. 204. & 205. Uxor olim. 265. Ezechiel, Filius-hominis dictus. 267.

Ezechielis nomen, & diverſa prolatio. 281. & 282.

F.

Fabrûm, pro Fabrorum, quis maluerit? 315.
Faces, nuptiis uſurpatæ. 109. & 110. & 338.
Fanum, unde dictum. 326.
Feciales, propriè qui dicti, 314.
Flammeum, quid? pag. 358.
Flentium-locus. à pag. 88. uſque ad 92. *inclusivè*. Fletus ingens. 91.
Forma, fragilis & periculoſa. pag. 265. formoſæ lubricæ; caſtrorum flammæ. 343. & 344.
Formidoloſus. pag. 317.
Frontiſpicium, barb. 105.
Furiæ inferæ. pag. 117.

G.

Galatea. pag. 370.
Galgala pag. 149.
Gehenna. pag. 203. & 204. & 205. Ejus atrocitas. 281. abyſſus. 284. ſtagnum, 279. in gehenna ſepulti. 204. 205. & 281. & 282. & 283.
Gementium virorum felicitas. 202.
Geth, urbs. pag. 163.
Gigantes. pag. 176.
Gummi medicum. pag. 51.
Guttatæ pellis, aut plumarum, animalia. 313. & 314.

H.

Habacuc, Danieli prandiũ apportans. pag. 217.

217. & 218. & 307. Ejus pulmentum. 308. & 309.

Haja, urbs. 85. & 147.

Hebræorum incontinentia. 78. & 79. & 133. & 134. Eorum nauſea, & ingratus animus. 77. & 130. Eorundem, creber ad idola reditus, ac dura cervix. 87. & 88. & 151. Eorum fletus, ob relapſum. 91. Hebræi, ab Angelo præripiuntur exitio. 97. Quónam anni tempore, ad Sinam montem profecti fuerint. 128 Fœtent. 130. Ubínam primò habitârint. 155.

Hercules Iſraëlitarum. 162.

Heliodorus, flagellatus. 98. De eodem viro, etiam pag. 171. & 172. totâ.

Hermon, mons. 157. & 158.

Holofernes, unde oriundus. 367. terribilis. 241. & 361. & 362. incontinentiſſimus. 244. & 245. & 246. & 371. & 372. & 373. Interfectus. 247. & 373.

Hominum primorum creatio, & lapſus. pag. 7. Eorum, è paradiſo ejectio. 8. Homo, conditus è terra rubra, 30. & aqueo liquore ſubactâ. *ibid.* & 31.

Horizon, quid. pag. 158.

Humilis. pag. 160.

Hus, terra. pag. 106.

Hydræ habitatio, in Lerna. 358.

Hyrcania, &c. belluarum ferocium altrix. pag. 291. & 293.

I.

JACOB patriarcha, filius Rebeccæ. 15. migrat è ſolo patrio. 16. ſcalam videt cœleſtem. *ibid.* Angelorum directione, felix paſtor. *ibid.* è Meſopotamia opulentus revertitur. 17. A Labano ſocero infeſtatur. 18. ſed ab Angelis defenditur. *ibid.* & 50. Eſavi fratris occurſu conſternatur, 19. Angelorum tamen auxiliô confirmatur. 20. & 53. cum Angelo luctatur. 20. & 53. nomẽnq; Iſraëlis accipit. 20. & 53. & 54. gladiũ deniq; Eſavi evadit. 21. dum nempe pacatè demiſſéq; agit. *ibid.* & 54. In ſinum Abrahæ migrat. 22.

Japyx, ygis. pag. 166.

Icari caſus. 343. Icarium mare. *ibid.*

Idololatria exorta, latéque diffuſa. 9. Angelis bonis contrà nitentibus. 10. & Abrahamo ſanctiora dictantibus. *ibid.*

Idumæa palmifera. 55. & 56. Jehova. pag. 139.

Jericho, urbs. 81. Ejus ſitus, ac regio. pag. 82. terret Joſuam. 82. ſed everti jubetur. 83. & 84. Ergò exſcinditur. 84. & 147.

Jeroſolyma vetus. 278.

Jeroſolyma myſtica. 221. & 222.

Jeſus, ſacerdos ſummus Jeroſolymorum: aliter, Joſue pontifex, à pag. 224. uſque ad pag. 228. *excluſ.* Ei diabolus minatur: & cur? 326. & 327. Quare dicatur, Torris de igne erutus? 330. & 331.

JESUS CHRISTUS, pag. 225. & 226. & 227. Ejus, cum altero Jesu, comparatio. 225. & 226. & 227. & 325. & 326. & 327.

Jesus Christus, dux patientiæ. 325. per totum. & 326.

Ignis sacer. 159. Ignis Vestæ. 283.

Infernus, vide suprà, V. Gehenna.

Inquilini, propriè qui? 155. & 346.

S. Jobi historia, à pag. 65. usque ad pag. 73. *inclus.* Job, & Jobab. 65. & 105. Job, rex. 107. Jobi uxor. 66. & 110. Job, à Sathana accusatus. 69. & 70. ad exagitationem expetitus. 70. ab eodem afflictus. 71. & 72. quoto ætatis anno. 114. & quamdiu. 117. Sed tandē victor. 72.

Jordanes, amnis. 17. & 19. & 48. & 50. & 122. & 141.

JOSUA, seu Josue, aliter Jesus, dux Israël: urbem Jerichuntem contemplatur. pag. 82. adversùs eam animatur ab Angelo. 83. & 84. Chanaanitidem terram occupat. 85. Occupatam, Israëlitis dividit. 86. & 142. & 150.

Josuæ, seu Jesu, Pontificis Judæorum veteris, nobilitas genetis. 323. Vide & suprà, *Jesus Sacerdos.*

Iris. 268. Ejus mira species. *ibid.*

ISAAC, ab Angelis promissus utrique parentum. 11. Ab Angelo subtractus morti. 13. & 42. & 43.

Isacidæ. pag. 49.

ISAIÆ prophetæ vaticinia, Visiones, Angelica

gelica commercia. 192. uſque ad pag. 196. Iſaiæ vocabulum, diversè pronuntiatum. 259. nobilitas generis. *ibid.* & ſtyli. *ibid.* & 260. Ejus labia, carbone expiata. 262. & 263.

Iſis dea, 123. & 124.

Iſmaël Angelis cutæ eſt. 12. præſagitur ab Angelo matri. 42.

Judices gentis Judaicæ. 93.

Judiciariæ tabellæ. 112. & 113. Judiciaria urna. 264.

Judicium ſupremum: ejúſque apparatus. &c. pag. 211. & 212. & 213.

Judigenæ, quínam dicti. 252.

JUDITHÆ res, ac geſta. à pag. 240. & ſeqq. Ejus laudes. 242. & 243. & 244. Ejuſdem animoſitas. 363. Viduitatis ejus longævitas. 364. vitæ rigor. 364. & 365. Holofernem necat. 247. Angeli tutelâ, redit incontaminata. 248. & 373. & 374. Exemplar eſt omnium pudicarum viraginum. 249. & 250.

Juppiter, unde dictus. 273.

L.

Lacrymæ pœnitentium. pag. 160.

Lampſacenorum deus. pag. 368.

Lerna, quid fuerit? 359.

Lex naturæ; ejúſque ſectatores. 103. & 104.

Libanus mons. 122. & 158.

Libitinæ templum. pag. 334.

Locus-flentium. à pag. 88. uſque ad pag. 92. *inclus.*

Lora-

Lorarii. pag. 98. & 172.
LOTUS innocens, Sodomîs eductus. pag. 13. & 14. Ejus uxor, in ſalem verſa. 14. & 15. & 44.
Lyncei oculi. pag. 260.

M.

MACHABÆORUM hoſtes, ab Angelis oppreſſi. 98. & 99. Eorum bella in quod temporum curriculum inciderint. 251. Davidicæ ſtirpi cognati fuêre. *ibid.* & 252.
Mannâ cibati Hebræi. 77.
Manus. 299. & 300. & 203.
Marathonius campus. pag. 101.
Margarita ſalutis. 318. Ejus inſtitores. 318. & 319.
Matronarum veſtis. 369. & 374.
Melos. pag. 261.
Memphis, urbs. pag. 290.
Mephítis propriè quid? 369.
S. MICHAEL, à Moyſi cadavere Sathanam arcet. 79. & 80. Periculum populi; niſi Michaël hîc viciſſet. 138. & 139. & 140. Advocatus eſt populi; à Deo electi. 152. & 302. & 303. Danielē prophetā inſtruit. 214. Joſuæ, ſeu Jeſu Pontifici, Joſedechi filio, aſſiſtit: opémq; periclitanti fert. 226. & 227.
Molles, ad infamiam uſq;, populi. pag. 370.
Montes, intrà Jeroſolymam, celebriores. 260.

Mória mons. pag. 260.
MOYSIS cadaver; 79. & 80. ubínam sepultū? 138. & cur oculis populi subductum. 138. & 139. & 140.
Mulieres castrenses, cum probro, pag. 366.
Mulieres, Adonidem plangentes. 200. & 201.
Mulierum excellens forma, in magno periculo versatur, inter viros incontinentes; imperio aliquo præditos. 244. & 245. & 246.
Mundi creatio. pag. 4. ejus creationis primum instans. 26.
Munerum editores, quinam dicerentur. 121.
Myrteta equorum cœlestium. 220. & 221.

N.

Nabuchodonosor. 287. & 288. invisus Subditis. 288.
Nænia. pag. 276.
Nævus. pag. 219.
Najades deæ. pag. 122.
Nassa. pag. 358.
Nemesis; quæ? pag. 165.
Nero; Cæsarum omnium scelestissimus. 285. & ejus Sporus. *ibid*: A quibusdam (sed perperam) Antichristus esse creditus. 297.
Ninus, & Ninive. 356. & 357. & 360.
Noctilúca, quæ? pag. 105.
Noëma, mulier. 365. & 366. obiter perstricta. 366.
Nympha. pag. 371.

O.

Obeliſci, quid: pag. 126.
Oeſtrum, quid propriè. 52.
Oliva pacifera. pag. 315.
Olympus. pag. 113.
Opus eſt. pag. 161.
Oſcen. 297. & 334.

P.

Pacis nota, vel ſymbolum. 315.
Palla, quorum veſtis? 170.
Palma, victoriæ nota. 55.
Pandóra, quæ veteribus? 114.
Paphus Cypria 372.
Paria componere, quid? 56.
Pedarii Senatores, 263. & 264.
Pediſequa, diversè ſcripta. 337.
Pelta, quale ſcutum? 329.
Pentapolis regio, vaſtata. 14. quænam illius urbes, locus, clades. pag. 43.
Peplum, quæ propriè veſtis. pag. 104. & 105. & 358.
Peræa regio. 56. & 57.
Pérgama, quænam dici ſolita. pag. 142.
Perſei ſidus, quod, & quale. 311.
Perſici dii. pag. 367.
Phalanx. pag. 6. & 29.
Pharan, locus quis. 122.

Pharaonis regis interitus, in mari. 75. & 76. & 127.

Pharus. pag. 105.

Phengites lapis. pag. 266.

Philiſtæi bellantes. 165. ſuperati. 166. ſævi & truculenti. 166. & 167.

Phógoris ad ſanum, perpetrata ab Iſraëlitis ſcelera. 79. & 134. punita graviſſimè. 79. & 134.

Piſcis Tobiæ Junioris. 234. & 235. Piſcis Pollionis. 272. alii piſces. *ibid.* & 273.

Plinius, de Chriſtianis conventibus. 319.

Poecile porticus. 63. & 100. & 101.

Pœnitentiæ, de admiſſis flagitiis, utilitas, ac neceſſitas. 202. & 203. & 279. & 280. Pœnitentiam aſpernantes. 280. eorum pœnæ. 203. & 204. & 278. & 280. & 281.

Pollionis, ob vitrum, intemperans ira. 272.

Polus cœleſtis. 118. & 119.

Pontifices Hebræi inuncti. 329. eorum ornatus veſtium. *ibid.*

Præterita imperfecta inflexionis archaicæ. 314.

Precationis vis, & efficacia fructuoſa. 230.

Procelevſmaticus pes. 157. *& alibi frequenter.*

Procli ſpecula cauſtica. 266.

Prophetarum ſæculum. 102. ſub prophetiam, quænam res cadant. 258.

Ptolemæus Philométor, regnipeta. pag. 296.

Ptole-

Ptolemæus Philópator, 169. & 170. & 171.
Pubertatis anni. pag. 41.
Pulmentum prophetæ Habacuc. pag. 308.
Punctus mundi. pag. 358.
Purpura. pag. 170.
Puteal prætoris. pag. 302.
Pyri sylvestres. pag. 95. & 166.

Q.

Quadruplator, quid. pag. 116.
Quercus Mambre. 39. quercus Dodonææ. *ibid.* Galaaditicæ (quæ & terebinthi.) 51. & 52.

R.

Rages urbs, gemina. 339. & 340.
Raguel. 235. & 236.
RAPHAEL Angelus, ejusque gesta, à pag. 233. ad 239. *exclus.* In cælum redit. 238. Ejus, in domum Tobiæ beneficia, 239. & 240. Perambulat regiones. 342.
Rebeccæ laudes, pag. 15.
Ronchus. pag. 205. & 284.
Rotæ currûs Gloriæ-Dei, 198 & 269.
Rubrica, pag. 136.
Rubus ardens, incombustus. 74.
Rumpus, quid? pag. 332.

S.

Salebræ. pag. 126.
Samson. pag 163.
SARA virgo. 231. ab ancilla exagitatur. 231. & 232.

& 232. Ejus ſeptèm viri cur interfecti? 336 & 337. cautéque tumulati. 342. Saræ manſuetudo, & patientia. 338. Ejus ad Deum oratio. 339. propter periculoſa infamiæ probra. 358.

Sariſſa, quid. 143.

Sathanæ odium, & invidia, adverſùs S. Jobum. 67. Ejus impudentia, inter Dei filios aſſiſtentis. 68. Ejus, in Jobum calumniæ. 69. & 70. incitatio Dei, ad ſubverſionem Jobi. 70. Ejus furor, in affligendo Jobo. 71. & 72. Superatur tamen à patientia Jobi: & proſcribitur. 72. & 73. Sathanæ contentio, de Moyſis cadavere. 80. in irritum récidit. 80. & 81.

Scala Jacob. pag. 16. & 46.

Satyri, & Sylvani. 353.

Scythæ, barbari. 282.

Senatores Romani, diverſorum graduum. 263. & 264.

Septuaginta Græci interpretes. 331. & 332.

Septuaginta ſeniores Hebræorum, abominanda adorantes. 199. & 200.

Seraphim duo. 194. Seraphinus, expians Iſaiæ labia. 195. & 196. & 262. & 263.

Sibyllæ prophetides. 104.

Siderum domicilia. 267.

Sina, mons. 123. biceps. 254.

Sion mons. pag. 260. & 262.

Societas, & amicitia vera. 215.

Sodoma exuſta. pag. 14.

Solis intuitus. pag. 335.

Solyma, æ. pag. 270.
Spes Theologica. 316.
Spiritus ſeptem Ezechielis. 198.
Sporus Neronis Cæſaris, 285.
Stabulum, parùm honeſtum. 371.
Stilico comes, pag. 104.
Stolæ, matronarum inſigne. 264. & 265. & 369.
Strigæ, in agris. &c. 143. & 144.
Suſa, orum: vel Suſan. 286.
Syene, Inſula. 350. & 351.

T.

Tabellæ judiciariæ. 112.
Tabenna, inſula. 350. & 351. ejus icon chalcographica. 350.
Talenta decem Gabeli, & Tobiæ. pag. 353. & 354.
Tamen. pag. 155.
Tartari, populi. pag. 282.
Taurica Cherſoneſus. 170. & 171.
Tectum myſticum: 317.
Tempeſtatis æſtivæ validæq;, Hypotypóſis. pag. 91.
Tempus quando deſiturum. 298.
Teſſera militaris. 145. & 146.
Thau Hebræorum. 277. Ejus, veteris, ac recentioris, quænam forma. *ibid*:
Thebais Ægypti. 349. Ejus icon chalcographica. 350.

Thebæ urbs. 349.
Thesbites. pag. 253. Thesbæ. 253. & 258.
Tholus, quid propriè. 34.
Thracici equi. 271. & 272.
Thronus Dei. 193. & 197. & 198. judicii ultimi. 211. & 212.
Thurifera terra. pag. 364.
Tigris, flu. 286. & 287. Tigris, bellua. 313.
Timor, vocis obex. 157.
TOBIAS senior, & Junior, nominibus quomodo distingvantur. 331. & 332. Tobiæ utriusq; historia. à. pag. 228. usq; ad 240. *inclusivè*. Et rursus in notis, à pag. 332. usq; ad 359.
Tobiæ SENIORIS laudes. 229. Ejus excæcatio. 230. Ejus patientia. *ibid.* Ejusdem curatio. 355. summa deniq; felicitas. 239. In eum, ejúsq; filium, Angeli beneficia. 239. & 240. Senioris uxor. 335. & 336.
Tobiæ JUNIORIS, iter, ac profectio, in Mediam. 234 & 235. periculum à grandi pisce. 344. & 345. hospitium apud Raguelem 235. ejus nuptiæ cum Sara. 235. & 236. trinoctium continentiæ à sponsa. 236. reditus è Media, in Assyriam, ac Niniven. 237. & 238. dos ei, nomine Saræ, à soceris tradita. 354.
Tobiæ alii. 357.
Tres pueri in fornace Babylonicâ. 215. & 216. & 305. & 306. eorum vestimenta. 306.

eorum

corum pædagogus. 306.
Trinoctium Tobiæ Saræq; , nuptiale. 348.
Tropæa. pag. 167.
Tuba terminalis. pag. 143.
Tullus Hostilius, rex. 175.

V.

Vallis arundineti. 57. Vallis regalis. 56.
Venus Phœnicum. 274.
Vermis Conscientiæ malæ. pag. 254.
Vestæ ignis, pag. 283.
Vitruvius, scriptor. 316.
Umbo, quid. pag. 274.
Volumina veterum. 137.
Urna judiciaria. pag. 264.
Ursi, usq; in exitium mutuum, saine truculenti. 294. in Septentrione frequentes. *ibid:*

Z.

ZACHARIÆ prophetæ, visa, & cum Angelis commercia. à pag. 218. usq; ad 227. *inclus:* In eo Angeli habitant. 219. & 220. & 310. Zachariæ laudes. 219. & 220. Ejus visio diversorum equorum. 220. & 221. Jerosolymæ mysticæ prævisio. 221. & 222. & promulgationis Evangelii. &c. 222. & 223. & concordiæ Christianæ. 223. ejus ostentum, septem oculorum. 223. & quatuor quadrigarum. 224. Et Jesu, Sacerdotis magni Judæorum.

rum. 224. & 225. &c. Zachariæ hujus reditus è Chaldæa. 310.
Zachariæ alii, plures. pag. 309.
Zephyrus. pag. 305.

Finis Indicis.

Ejus-

Ejusdem

DACTYLO-THECA SENECÆA.

AD VIGILIUM LUCHAVIUM.

FUerunt, *ut nôſti*, Luchávi *chariſſime, quibus* Tragœdias, *aliáque grandioris argumenti ſcripta*, Senariô *Fambicô* Senecæô *condituris, diſceptatio naſceretur, circa* locum *versûs* Sextum; *quem*, (*velut innatum domeſticúmque jus*), *pes Fambus ornat, & decet*: *Num is locus precipitari poſſit* (*ut ità loquar*) *etiam in* Dactylum; *cujus prima ſyllaba, pars adhuc ſit loci, ſeu pedis, quinti*? *Cuj quaſtioni pariter connectitur &* Amphímacer: *in cujus naturam* Dactylus *omnis terminalis ità tranſit*; *ut è ſecundâ tertiâq; ſyllabâ ſuâ pyrrhichio, tamen Fambum conſtituat*: *ideóque* (*quod in Oratore Cicero monet*) nihil interſit, Dactylúsne ſit Pes extremus, an Creticus, *hoc eſt*, Amphimacer; *nec in verſu quidem. Unde* Dactylicæ *liti pariter hîc, &* Amphimacri *cauſſam conjunctam eſſe volo. Nec tamen in* Dactylo, *vel* amphimacro, *labor hic, aut lis eſt, cujus prima ſyllaba vocalî, aut diphthongo, cœpta; precedentis proximè dictionis* elisâ *poſtremâ ſyllabâ, per Synalœpham, aut ecthlipſin afficitur, &, ut ſic dicam, afflatur*: *veluti, ſi cum Arbitro ſcribas*;

Obtruncat, & continuat in mortem ultimam

So-

Somnos. —
eùm in conſpicuo ſit; iſtius generis Dactylis ple-
num eſſe, locô Sextô, *Senecam, ſuis in tragœdiis:*
ut, tertiô ſtatim verſu, Furentis Herculis;

Ac templa ſummi vidua deſerui ætheris:
Et eádem ſcenâ,
Paritérque natus aſtra promiſſa occupet. *Et*
mox,
Mea vertit odia, dum nimis ſæva impero. *Et*
ibidem.
Minórq; labor eſt Herculi, juſſa exſequi,
Quàm mihi, Jubere: lætus imperia excipit.
Et infrà mox.
Vidi ipſa, vidi, nocte diſcuſsâ, Inferum. *Ac*
paullò poſt.
Et terna monſtri colla devicti intuens. *póſtq;*
verſum unicum:
Cœlo timendum eſt, regna ne ſumma occu-
pet. *Et inferiùs,*
Perge ira, perge, & magna meditantem op-
prime. *Et,*
Adſint, ab imo Tartari fundo éxcitæ. *Et,*
Fugiſſe credis? hîc tibi oſtendam Inferos; *Et,*
Educam, & imô Ditis è regno extraham. *Et,*
Incipite famulæ Ditis: ardentem incitæ
Concutite pinum; & agmen horrendum an-
guibus. *Et,*
Concutite pectus: acrior mentẽ excoquat. *Ac,*
Verſate primam; facere ſi quidquam apparo.
Et,

Jove esse genitum; stabo, &, ut certo exeant,

Et mox,

Regam furentis arma, pugnanti Herculi.

Qui cuncti Senarii, præaffiatum, *sicut vidimus*, elisione Dactylum, *amphimacrúmve, locô versûs sextô, palàm ostentant. Ex quibus sunt etiam, qui* continuatîs *mox versibus eum recipiant. Unde conjectura facilis ducatur: si Dactylorum hoc genus, primâ statim in Tragœdia, primôque tragœdia, tam Actu, quàm Actûs limine, seu vestibulô, toties frequentetur; in toto reliquo, tum hujus ipsius tragœdia, tum caterarum deinceps omnium, opere procursúque, quanta, talium observatori diligenti, consurrectura seges, ac messis, sit?*

In hoc igitur nemo prudens laborat, aut tricatur, ut dixi: dummodo, (quod in re quavis aliâ cavendum), NEQUID NIMIS!

Sed *tota Quæstio, de* loci sexti Dactylis, *aut amphímacris, in* Senario *tragico* Senecæo, *nascitur, circa* Dactylos *amphimacrósve* puros, *seu* nudos; *sive jam syllabam sui primam à vocali diphthongóque, sive (quod crebriùs fit) à consonante, vel unâ, vel pluribus, inchoent: nec tamen, qua capaces alioquin elisionis alicujus pravia forent, (siquid elidi contingeret) proximè præcedentis vocabuli syllabam ultimam, per* ecthlipsin, *aut* synalœpham, *absorbent. Absorbetur autem per* Ecthlipsin, *teste Susenbrotô: quando consonans,* m, *unà cum vocali, se præcedente,*

dente, ſupprimitur, aut exteritur : utì fit in illo Senecæ, ſuperiùs allatô:

Concutite pinum, & agmen, horrendum anguibus.

Per Synalæpham *verò: cùm vocalis anterior, aut diphthongus, à vocali ſubſequente, vel à diphthongo, difflatur, emovetur, & quodammodo deletur; ut Senecæô verſu ſuperiùs;*

Paritérque natus aſtra promiſſa occupet: *Ac mox.*

Et terna monſtri colla devicti intuens.

Eſſent autem alterutrius, hoc eſt, aut Ecthlipſeos, *aut* Synalœphæ, *capaces, omnes illi* Dactyli, *vel* amphimacri; *quos aut vocalis, aut diphthongus, orditur: ſicut ad idem ſunt inhabiles, quos conſonans inchoavit, una, vel plures unâ.*

Tales gymnodactylici Senarii, *locô* ſextô, *ſunt,*

Arbitri, *de Trojæ vaſtatione,* (*verbi gratiâ;*)
Qui caſtra caperent, huc decenni prælio.
Clamore vulgus, mox reductâ cuſpide.

Et ille Luc: Actii, *tragœdi veteris,*

Video ſepulcra dua (*pro, duo*) duorum corporum:

Et ille Q. Ennii, *Tragœdiâ Medeâ.*

Antiqua herilis fida cuſtos corporis.

Et in Antiopa Matci Pacuvii,

Salvete gemini, mea propages, ſanguinis.

Et in Cn. Nævio.

Magni metûs tumultus pectora poſſidet: *Et,*
Ingurgitavit uſque ad imum gutturem. *Et,*
Dubiis faventem, per fretum intrò currimus.

In hymnis item Eccleſiaſticis, reviſis:

Decóra lux æternitatis, auream
Diem beatis irrigavit ignibus;
Apoſtolorum quæ coronat Principes.

Et idem, eôdem ad Veſperas, atque Laudes, hymnô: qui, citra dubium, articulati numerosíq; ſunt Senarii; *multóque magìs pii. Non tamen interim, hoc locô, quid pietas, aut modulus, in brevi quopiam epinicio, paucarúmque ſtropharum odâ; quàm, quid tragica fuſioris compoſitionis conſuetudo, dignitásque, ferat, inquiritur. Et id agimus.*

Ac fuêre quidem ſcriptores nonnulli; quibus, effuſiſſimis ſe laxans habenis, non tam libertas, quàm licentia, quidlibet audendi, quolibétque modô ſcribendi, tanquam per luſum, arriſerit: abuſis utique cultioris tragœdiæ majeſtate; præceptáque veteris diligentiæ, ſuperſtitionem eſſe, vel nugas, arbitratis: imò ſic, (ſi verũ quærimus), viliori pretiô famam, ac plauſum, quàm ſæpe-demorſis unguibus, & crebriùs verſô ſtylô, ſibi promittentibus. Proniùs enim ſemper (quo loco, compoſitionis ſtudium expertos, ad teſtimonium cito) fini Senariorum *nullus Dactylus amphimacérve, quàm* purus *in diſyllabo ſuo* Jambus, *affluit. Quid quæris? Hi Dactylarii, tanquam in croceis enutriti, fodere nequeunt; laborare formidant;*

ſeſſita-

ſeſſitationes horreſcunt. Ità Palmam ſpecioſam, in dactylo decorticato, fruſtra ſperant.

At his, ex adverſo, diſcordes alii, Sextô *ſenariorum* locô, *Dactylis amphimacrísve nudis bellum internecinum eouſque denuntiant; ut eos, ad ſcrupulum uſque, perſequentes, exilio perpetuo damnent: primis illis Romanæ libertatis aſſertoribus ſimiles; qui,* Tarquiniorum, *quos ejecerant, odiô, propter ſolum (ſi verum fateri volumus) nomen, Lucium etiam Collatinum, libertatis auctorem ſecundum, extruſerunt: utiliſſimum utique Reip. manſurum Conſulem; niſi, præter Lucium, & Collatinum,* Tarquinius *quoque dictus, & ob id inviſus Collegæ, fuiſſet. Ità ſæpe ſanè, ſub, eminus ingratô,* Dactyli *vel amphimacri* puri *vocabulo,* magnum *aliquod* inſtar, *ac pondus, latet: ut, eô non admiſſo, pariter excludi neceſſe ſit, vel adagium quodpiam, vel noëma ſententiámve ſplendidam, vel acutè dictum, aut apophthegma,* Sacræve Scripturæ, *vel* Juris, *axióma; taliúmque ſimilia. Sit exemplo,* Petronius *in Halóſi ſuâ, de Trojano Palladis equo.* —Obducti ſpecus,
Qui caſtra caperent. Huc, decenni prælio
Irata, Virtus abditur. —*Et infrà, de Laocoonte, duobus ab anguibus occiſo:*
Jacet ſacerdos, inter aras victima.

Qui ſanè duo Dactyli, (nam, ut initiô dixi, dactylis eatenus etiam Amphímacer accenſetur, ut eſt vox, prælio, *) ſenarios ſuos, etſi* nudi, *ſi tamen, ut oportet, expendantur, non nudè ſiccéque, ſed*

ſed nervosè ſuccidéque, finiunt. Eodem referas, & recentioris hos.

Ultrà Syenen, ardet in pugnam Æthiops;
Alibi, doloſa ſemper armîs, Africa. *Item, de fœderatis adversùs Hebræos barbaris; ac mox tamen adversùs ſeipſos colliſis, Judicum cap. 7. verſu 22. & 23.*

Gens, ſocia nuper; nunc & in ſemet furens,
Rapit arma, Nempe, NULLA pax eſt Impiis!

quæ poſtremæ voces, Iſaiæ *prophetæ capite 48. v. 22. & cap. 57. v. 21. ſunt oraculum.*

Hoc igitur nomine, titulóque, vel ſolo, ſi cætera deeſſent ponderoſiora, quin & ſolius ſubindè variationis *cauſsâ; gymnodactylorum hoc genus, à clauſula Senariorum non tantùm universè proſcribendũ non eſt: verùm interdũ jambo puro (ſed exſucco), tametſi jam fortaſſe ſcripto, confidenter rurſus exauctorato, ſubſtituendum; ut melius, & penetrantius: dummodo tamen ſobriè, conſideratéque, fiat hoc; & ſine frequentationis impudentiâ.* NON *enim* Uſus verti debet in Abuſum,

Et in hoc tamen hærere crimine recentiorũ aliquos, inficias ire non poſſumus: quorum anteſignanus, is, qui vulgò, Poëtarum ſæculi decimi ſexti facilè-principem, *ſcribi ſe, canique, moleſtè nequaquam tulit*, Georgius Buchananus, *Scotus; in* Voto, *ſeu* Jephthe *ſuâ, quam Pariſiis 5. Calend. Aug. 54. ſupra milleſimum quingenteſimum*

mum annô, Carolo Cossæo, Franciæ Marescalo, nuncupavit.

In eo scripto, cupidè (vellémque, dissectiùs) vulgatô, Tragœdiam palàm professus, & ad hæc Senecæa quoque Troadis imitationem, in Polyxenes & Astyanactis funeribus, affectans; accuratiorum judiciô, neutrius, pro dignitate rerum ac versûs, exspectationem satis implevit: in multis sanè, tum aliis, supinus, & heteroclitus (velut alibi fortassis, & aliquoties, ostendetur), tum in Dactylis *amphimacrisve* nudis *coacervandis, propemodum inverecundus, & diligentiæ theatralis irrisor. Exiguum est, & pagellarum haud adeò multarum, opusculum; cujus penès nos hîc exemplar est, Henrici Robertíque Stephanorum, fratrum, ac typographorum regiorum, formîs excusum, anno 1566. Vulgata tamen hæc eadĕ est tragœdia locis aliis compluribus. Sed si sanè Parisina, quam dixi, sola publico se commisisset Editio: jam ad* unam *etiam provocaremus. Nam, oro te! Num in auctorem quempiam injurius est; qui, teste tali, licèt* unô, *crimen firmat: cùm præsertim ejusdem coloris fratrum, hoc est,* exemplarium, *multis dein centuriis simul editorum, plenus sit mundus?*

Hujus igitur compositionis, primi statim quinque versus, ter in gymnodactylum *exeunt. Sic enim* Angelus-Prologus *orditur; argumentum enarrans.*

Magni Tonantis huc minister aliger,

Cœlo

Cœlô relictô, mittor Iſáci ad lares,
Solúmque promiſſum Iſaci nepotibus,
Solum, regendis deſtinatum gentibus,
Si pacta ſacri intaminata fœderis
Servâſſet --

His verſibus, & illud, tanquam vulgò minùs uſitatum, at uſitatiſſimum Buchanani *ſenariis, accedit: quòd* duos continuos, *in dactylum* nudum *deſinentes, in uno pentaſticho, ſibi ſufficiant: ut,* gentibus, fœderis. *& infrà.*

Qui ſervitutis liberatos aſperæ
Vinclis reducant, priſtiníſque ritibus. *mox;*
Turbâ clientûm, liberísve turgidum,
Sed è paternis exulantem ſedibus, *Et poſt 3. verſus;*
Ut ſciat & Ammon, hactenus ſe viribus
Non floruiſſe propriis, ſed vindicem. *Item:*
Miſerande! quantis obruêre luctibus?
Ut te propinqui credulum ſpes gaudii
Fallit! *At, poſt unicum interpoſitum verſum*
Tibi Nata ſervat, prima patri ſe offeret,
Ut gratuletur proſperum armorum exitum;
quaſi frugì ſenſim futurus, dactylis nudis alios, Eliſione prævelatos (ut vides) ſubſtituit: ſicut & infrà, Actu. I.

Rictu cruentô, ſpumeô, rabidô, unguibus,
Sævùm recurvîs, præcipite ferri impetu.

Paullò poſt tamen, ad ingenium, eodem reverſus Actu;

Ex quo parentis primùm ab alvo prodii,

Pri-

Primùm juventâ ſervitutem patriæ, *móxque, poſt quatuor.*
Secura vitæ fluxit ulla portio:
Ut trudit undas unda, fluctus fluctui
Cedit ſequenti --- *Et rurſus poſt quatuor:*
Confecta curis mater, inter funera
Cognata ſenuit, perduelles perfidos. *Et, præter alia, pene non inventura finem, exempla, caterorum quatuor Actuum; actu ſecundô,*
— noſter autem quos Deus
Poſſedit agros, deſeret? non deſeret!
Sed, ut antè, bellô victor, agros hoſtibus
Ademit —

In quo tamen, haud inconcinnè, nec parùm feliciter, eô verſu, Poſſedit agros, deſeret? Non deſeret; *locum ſextum* Dactylus nudus *implevit; tum, ob emphaſin & acrimoniam Jephthæ, barbaris hæreditatem Dei negantis, exprimendam: tum, ob* Repetitionis *figuram, & ornatum, in verbo* Deſeret, *per oppoſitum, & negationem, hoſtibus regeſtô: quod pari venuſtate gratiâque,* purus *utique* Jambus *nunquam præſtitiſſet.*

Buchananus, *inter hæc, nihilò ſegniùs pergit, in* Gymnodactylis, *ſeu (quod ejuſdem frontis eſt) amphimacris nudis admiſtis,* locô ſextô, *per verſus* duos; *ſed etiam per* tres, quatuor, *& adhuc* plures *continuos, frequentandis.*

Per TRES, *in his exemplis. Prologô.*
Cedéntque fracti contumaces ſpiritus.

Etenim

Etenim arma in hoſtes perfidos quum ſu-
meret,
Belli ſecundus ſi daretur exitus, —
Et Actu 2. cujus initium eſt ; Salvete — per
ſuas
Stabat cohortes, ferrô, & ære, ſplendida:
Turmæ curules, ante currus, falcibus
Ibant minaces: fuderant ſe in cornua. *Et mox*
infrà.
Vímque abſtineret, rapta dominis redderet;
Pacémque bello, & certa dubiis, præferat.
Contrà, ſuperbus militum, hoſtis, copiis. &c.
Idémque, Actu deinde proximè ſequenti, cujus
initium eſt, Prodeo ;
ad tres itidem continuatos revertitur, his ver-
bis:
Et certiore ſpe futura concipit.
Jam dudum idipſum facere mecũ cogito.
Quid te moratur? hæc relinque, filia. *Et*
ibidem.
Rumor malignus dente rodit invidô.
Pro facto habetur, quidquid ira finxerit
Servi loquacis, quod maritus ſuſpicax.

Cætera Trium continuatorum, *quæ reſiduis*
in Actibus reperiuntur, & adductis haud pau-
ciora, (*ſi non & plura*) *ſunt, ſpecimina; conſiliô,*
reliqua videndi, prætereo.

Per QUATUOR *igitur ejúſce generis* conti-
nuatos *in Jephtha verſus, paradigmata ſub ma-*
num iſta veniunt. In actu 2. §. Salvete.

Ibi

Ibi noſter inter Imperator agmina,
Præcone miſsô, tentat, abſque ſanguine
Finire bellum, jure, & æquis legibus;
Uterque populus ut, vetuſti finibus
Contentus agri, &c. *In Actu 3. §. Prodeo.*
Quare, ſecundæ nunc, pater, quum maximè
Res ſunt, precari, votáque decet ſolvere:
Non, quum reflavit ſortis aura mobilis,
Palpare Numen precibus, & re proſperâ. &c.
Actu deinde 4. §. O ſpes inanes! &c. præmiſſis iſtis,

At hæc ſocietas impotens, & arrogans,
Eſt conjugalis copulæ conſortium, *ſubjungit.*
Servare Matri non licere; perdere,
Licere Patri: ſi modò quis perdidit
Hanc, quam trucidat, cujus adſtans funeri,
Immanitatis gloriatur ambitu.

Per QUINQUE verò continuatos, *iſtud currit exemplum.*

Felicitatis de ſupremo culmine
Dejecit, unô cuncta vertens impetu.
O, ter beatos, liberis quos hoſticus
Orbavit enſis, peſtilens aut aëris
Lues, famésve: ſcelere, quorum lacrymæ
Carent— *Actûs 4. principio. §. O ſpes, &c.*

Progreditur autem Buchananus *etiam ad* SEX continuatos: *ut ex his patet, Actûs 4 fine, §. O ſpes, &c.*

— nec mihi exprobrabitur

Ab

Ab invida viciniâ, quòd, ultima
Sub ſpatia vitæ, parricida filiæ,
Mihi perperci, liberûmque ſanguine
Vilî, redemi turpis auram gloriæ.
At tu, beata hâc charitate in patriam
Patrémque, vive; cujus ætas dignior,
Superesſe. —

Neque mirandum tamen magnopere, Binos *eum*, & ternos, *ac* quaternos, *continuáſſe*: *cùm prater* Quinque, ſéxque *praterea*, (*ſicut vidimus*) Senariorum *hujuſmodi denſationem*, *jam priùs* & ad OCTO (*quod magìs obſtupeſcas*) *progreſſus ſit*. *Ecce tibi, verſus*. *Act*. 2. Salvete.

Bellô tueri præferat, quàm reddere
Erepta per vim &c. *Subdit deinde, poſt alterum verſum*;
SIN, parta per vim, jure malit linquere
Solymæa gens, & ſponte cedat finibus,
Quos limes, Arnon, & Jebócus, terminant,
Quà ſolitudo cogit agros ultima,
Jordanis uſque ad, lenè euntis, flumina,
Æquis paratos facere pacem legibus;
Factámque, gentis utriusque commodô,
Sanctè tueri. Hæc præco poſtquã rettulit,
Renuntiare. &c.

Hæc Buchananus: *quæ*, *bonâ fide*, *ſicut reperi*, *retuli*. *Quid vis*? *Eouſque*, Luchávi, *poëtam illum*, *ſui ſæculi poëtarum facilè principem*, nudorum *in clauſula* Senarii Dactylorum *amphimacrorúmque venuſtas* (*ut ipſi videbatur*) & *amor*, *excan-*

excantavit: ut eos, in hac una Jephthæ lucubratiunculâ, trecenties, & *insuper*, (*si satìs exactè numeravi*) vicies septies, *in theatrum produxerit. Et hos quidem sæpe, fateor, Jambis interstinxit; sed, ut plurimùm, non in longum duraturis, eò, quòd horum stationem identidem, vel* gymnodactyli *rursus turbarent; vel nimis* (*in opere tam brevi*) *frequentata vocabula* tetrasyllaba, *sæpéque* pentasyllaba, *fine senariorum, interpolarent: eáque, versibus interdum* continuatîs. *Est autem, & his involutus* Dactylus asynalœphus; *ideóque, nec temerè Senarii* macrosyllabicîs *ejusmodi* dictionibus, *quoties in calamum ea fluunt, finiendi sunt: nec, nisi magnâ ratione, continuandi; minimè gentium autem, in clausula nimis cumulatè pragravandi: cùm & hæc, una sit è* fugis *puri, solitariíque, Jambi; quem tamen principari, sinè controversia, potissimâ parte, decet, in Senario Senecæo. Tolerabiliùs interim macrosyllabica voces* (*dummodo non ter, quater, sexiésque continuentur, aut solitariè quoque passim frequententur; quod in Jephtha* ducenties septuagies quinquies *Buchananus fecit*) *sextum, quintúmque Jambi trimetri, cum parte quoque Quarti pedis, locum implent: quàm, in versûs medium corpus importuniùs intrusi, pratérque veteris, in tragœdia, nitoris legem, ac morem, sedem carminis alienam occupantes. Cujusmodi, Prologi versus est iste.*

Vir

Vix docta tandē calamitatibus, Deum, &c.
prologô
Solúmque Numen propitium, pollens, potens. *Actu 3.*
A tu benignus, atque misericors, Deus.
Ibid. &,
Restituis iterum misericordiâ tuâ. *Et*,
Suô cruore: tuis beneficiis licèt. *Act. eod.*
§. *Regnator.*
Nec liberorum quisquam amantior parens.
Ibid.

Et quæ sunt generis hujus alia: de quibus, aliis curis, dicendi locus erit opportunior, in Perpendiculo Senecæo.

Unum tamen interim versum prætermittere non debeo: quem Buchananus *Actûs 4. scenâ posuit eâdem illâ, cujus initium,* O Sol!

An recta sint, quæ pertinaciter tenet?

In quo, præterquam, quòd vocem pentasyllabicam compingit in Senarii corpus, quam aptiùs fecisset clausulam, hôc statu rerum, ac pedum: etiam Quinto *loco* Jambum *ponit; id quod tamen & alibi passim, ac licentissimè, facit, ut,*

Tuúmque sequimur Angelum. Deus, Deus.
Cedit sequenti: pellitur dies die;
Semper premuntur præterita novis malis;
Ego téque, méque, misera, perdidi miser.

Et alibi sæpissimè. quod equidem psalmis *illius, &* Odis Horatianis epodísque; *tum poëtarum caterorum Jambicis Senariis concessum, ac* decó-

decórum esse, non diffiteor. In Senecæis *autem* tragicis, (Avantiô *quoque consentiente, manifestîsque subscribentibus experimentis,*) *inusitatum id scio: si modò sola* Tetrasyllaba, *vel* tetrasyllabon includentia, *vocabula, legis hujus rigore solvamus: ut,* nepotibus, calumniis, *& id genus alia.* Multò minùs, omnes sex pedes, *senarius tragicus* Senecæus, *patitur,* puros esse jambos, *qualis Horatianus est iste, notissimus:* Beatus ille, qui procùl negotiis; *& alterius hic:* Vir improbus, trahebat & bonum, in mala. *multò minimè,* locô quintô, *nudum, ac trisyllabon, dactylum, qualis hic* Buchanani, Scena 2. *Jeph. Act. 2.*

Est: gratiámque debeo, hôc nomine, Deo.

Superiùs item Act. 1. pluribúsque locis aliis, divisum voce sic; ut pars ejus sit alterius sedis.

Tum pavidi ovilis fida custodia, canis.

Act. 3.

Sapienter, ac, ut te decet, nata, lóqueris.

Alibi.

Auctor salutis, hostium terror, inopi, *&c.*
Auctore magno desipere, pæne sapere est.
At hîc, in uno scelere, sexcenta scelera.

Quæ, similiáque sexcenta Buchananæa, Senecæi senarii deboneſtamenta sinè controversia veteribus visa fuissent, atq; censa. Quocirca temperantiùs, inspectis priùs gentilis sui navîs, è Scotis *oriundus,* Euphormio, *Bernardinum* Stephonium *allatrâsset; cùm, in* Satyrico *suo, theatrorum So-*

cietatis noſtræ famam inceſſens, Acignianis inclamavit: Vellem & Criſpum tragœdiâ tenuiſſent! *Criſpum enim, Conſtantini M. filium*, Stephonius (*quem dixi*), *Romanis oculis dedit, & ſæpius; & ſemper plauſu celebratum: quod de Scoti* Jephthâ *nondum lego; ſed exſpecto.*

Verùm, ad Dactylos *amphimacrósque* nudos, *Senarium tragicum* finientes, *ut redeam, unde cœperam: eorum odiô faſtidiôque, qui, cum* Buchanano, *multitudinem illorum invehere theatris orſi ſunt, enaſci poſtmodũ ii cœpêre, qui,* cane (*quod ajunt*) & angue pejùs, *locô Senarii ſextô,* Dactylos & Amphimacros *puros* univerſim omnes *exſecrarentur. Perperam! & heteroclitè! ſimiles iis, qui, quòd intempeſtivè, creberriméque,* Claudius *Cæſar boletos edendo, venenum denique devorâſſet, idcirco boletos ad unum omnes, cenſuerunt in Inſulam deportandos; aut ad cœnã Hecatês reſcribendos. Idem, de cáricis, peponibus, uvis, aſſiduô, tandémque lethaliter; ingeſtis in ſtomachum alicujus Apicii, judicium talibus, ſed diſtortum, inſideret.* NON *enim debet* Immoderantia *quorundam, præjudicium afferre temperantium* Modo: *nec libido, rationi.*

Quid eſt igitur? inquis: *Unde* Modum *illum, ac Rationem, eruimus? Ex* aurea *videlicet* Mediocritate: *quam nobis Senecæ, (nec aliæ feliciùs, Latinorum tragœdiæ,) monſtrant: quámque ſcribendi ſemitam, noſtrâ quoque memoriâ, preſſerunt; ex* heterodoxis, *in* Chriſto Patiente, ſupe-

ſuperiùs in exemplum productus, Grotius: *ex orthodoxis, quem nominavi*, Stephonius, *& Malapertius*, *& quiſquis hodie cum ſapore legitur. Ego, tua ſerviens exſpectationi*, Luchávi; *do tibi ſingularum omniúmque*, *quæ* verè *Senecæ ſunt*, *tragœdiarum*, *puros*, *ſeu* nudos, *in fine* Senariorum, Dactylos & Amphimacros; *ab Hercule Furente deductos*, *ad uſque calcem Senecæi laboris*, *Herculem Oetæum*.

In
Hercule Furente.

Thebana nuribus ſparſa tellus impiis. *Actu 1.*
Gnatos paterni cadere regni vindices. *A. 2. ſc. 1.*
Cœlô relictô, venit: hæc, quæ cœlites.
Agedum! efferatas rabida voces amove. *ſc. 2.*
Sed ille regnô pro ſuô; nos, improbâ.
Umbræ Creontis, & penates Lábdaci.
Socer eſt peremptus: regna Lycus hæc poſſidet. *A. 3. ſc. 2.*
Regina vultum: túque, natô ſoſpite.
Vitalis auræ: torpet acies luminum.
Pervince, Theſev: quidquid altô pectore.
Meminiſſe, dulce eſt, fare caſus horridos.
Non prata viridi læta facie germinant.
Et ſaxa fluctu volvit Acheron invius.
Vaſtum coactis flexit arcum cornibus. *Act. 4.*
Everſa manibus ſaxa noſtris concidant.
Macta. Quid hoc eſt? errat acies luminum.

Ubi ſum? ſub ortu Solis? an ſub cardine. *A.5.*
Quæ potuit arcum flectere? aut, quæ dextera.
Per ſancta generis ſacra: per jus nominis.
Temet reſerva: nullus ex te contigit.
Atque, urbe versâ, condar: &, ſi fortibus.
Quis Tanais, aut quis Nilus? aut, quis Perſicâ.
Hærebit altum facinus. In quas impius.
Obliqua curſus: ipſe Titan Cerberum.

In
Thyeſte.

Miſce penates, odia, cædes, funera. *Actu 1.*
Ecquando tollet, ignibus jam ſubditis?
Fugiente pomô ramus: &, qui fluctibus.
Ignave, iners, enervis, &, quod maximum.
Act. 2.
Penitúsque volvit: rapior, & quò, neſcio.
Tantiſper, ubinam eſt? tam diu cur innocens
Verſatur Atreus?
Cui tanta credet? Credula eſt ſpes improba.
Ipſósne, per quos fallere alium cogitas —
Haud ſum monendus, iſta noſtrô in pectore.
Celebrata juveni ſtadia; per quæ nobilis. *A.3.*
ſc. 1.
Quænam iſta regio eſt? Sparte, & Argos, impios. *A. 4.*
Vertis Mycenas? ſtare circa Tantalum, *A.1.*
ſc. 2.

Avós-

Avósque noſtros, ſiquis intrà Tartara eſt. *continuatè.*
Demerſi ahenis, illa lentis ignibus.
Scidit ore natos impiô, ſed neſciens.
Telô petis minore; ſed, quâ montium
Tergemina moles cecidit, &, qui montibus.
(*continuatè*).

In
Thebaide.

Non obſto, ſed præcedo, quò vis: utere. *Act. 1.*
Aut dirige iras, quò ſoles. hæc vulnera.
Decreta mors eſt. fata quis tam triſtia —
Mors me anteceſſit. aliquis intrà viſcera.
Avidis & avibus, quas Cithæron noxius.
Paternus animus. jacta jam ſunt ſemina.
Ruina Thebis: tela, flammæ, vulnera.
Date arma, pueri. nemo me ex iis eruat. *A. 2.*
Sed ante lacrymas, teneo, longô tempore. *A. 4.*
Quantum daturus, quando pro te deſinam.
Tuo redibis, meliùs uſus viribus.

In
Hippolyto.

Nefáſq; quod non ulla tellus barbara. *Actu. 1.*
Et ſe coërcent modica? contrà, divites.
Tibi ponet odium, cujus odiô forſitan
Perſequitur omnes? — *Et A. 2. ſc. 2.*

Quis eluet me Tanais? aut, quæ barbaris.
Vincîte ferrô: verberum vis extrahat. *A. 3. sc. 2.*
Hic dicet enſis; quem tumultu territus.
Aut quis Procuſtes ſparſit? aut, quis Creſſius?
Act. 5.
Huc, huc, reliquias vehite chari corporis.
Disjecta genitor membra laceri corporis.

In

Oedipode.

Quàm bene parentis ſceptra Polybi fugeram!
Act. 1.
Contacta regna: linque lacrymas, funera.
Si tela contra ſtricta, ſi vis horrida.
Non tot caducas Oeta frondes éducat. *A. 3.*
Scrutatur avidus, manibus uncis, lumina. *A. 5. ſc. 1.*
Perdidimus operam; congredi fas ampliùs.
ſc. 2.
Mortifera mecum vitia terrîs extraho.

In

Troade.

Ad cujus arma venit, &, qui frigidum. *Act. 1.*
Et, nota famâ, Tenedos; &, quæ paſcuô. *A. 2. ſc. 2.*
Et, ſacra Phœbo, Cilla, quid, quas alluit.
Tunc obruta, atque everſa, Troja concidit.
Act. 3.

Vul-

Vultúque: nectit pectore astus callidos.
An sola video? eruite cuncta funditus.
Gaudere: flagrant strata passim Pergama. *A. 4.*
Incerta voti, perge: thalamos appara.
Exprome: & unum hoc deme nostris cladibus.
Animum; & cadentem misera firma spiritum.
Elisa casu; signa clari corporis. *Act. 5.*

In Medéa.

Siquod Pelasgæ; siquod urbes barbaræ. *Act. 2. sc. 1.*
Manda dolori, gravia quisquis vulnera, *sc. 2.*
Patiente, & æquô motus animô, pertulit.
(*continuatè*).
Ferrúmque, & ignes, & Deos, & fulmina.
Pontúsque, Corô sævus, aut vis ignium. *Act. 3. sc. 1.*
Dum licet abire, profuge: téque hinc eripe. *sc. 2.*
Hæc causa vitæ est, hoc perusti pectoris.
Nunquam excidemus; hoc age; omnes advoca.
A Sole, gemmîs est, & aurô textili.
Monstrúmque tractat omne magicîs cantibus. *Act. 4.*
Lacéssere ausus gemina Python numina.
Discreta ponit, his rapax vis ignium.
Ut jussus ignis; tota jam domus óccidit. *Act. 5.*

Urbi timetur. unda flammas opprimat.
Quò te igitur, ira, mittis? aut, quæ perfido.

In
Agamémnone.

Quem pœnitet peccâſſe, pæne eſt innocens.
Act. 2. ſc. 2.
Veniet tyrannus. proſpera animos efferunt.
Ubi dominus odit? fit nocens, non quæritur.
Patriásque ſedes profuga? non dant exitum.
Supplex adoro. vota ſuperis ſolvite. *Act. 3.*
Juvat videre nuda Trojæ littora.
Aliena inerti tela mitti dexterâ.
O chara, ſalve, terra; tibi tot barbaræ. *Act. 4.*
At te, pater, qui fæva torques fulmina.

In
Hercule Oetæo.

Quod terra genuit, pontus, aër, inferi. *Act. 1.*
Quacunque fulges; nec meos lux proſequi,—
Quacunque preſſi, pars quota eſt, quam proſequor?
Sternetur omne: nam tuum gens Herculem.
Act. 2.
Altè illa cécidit, quæ virô caret Hercule.
Quas Pontus herbas generat, aut quas Theſſala.
Nunc poſcit lõlem: ſed jecur fòrs horridum.

Nunc

Nunc vidua, nunc expulsa; nunc feror obruta. *Act.* 3. *sc.* 2.

Nemo nocens sibi ipse pœnas irrogat.

Scelesta manus est. proh, nimis mens credula!

Cœlóq; reddet, ille, qui pro fulmine. *Act.* 4.

Eheu! quis intus scorpius! quis fervidâ.

Torásque in ignem vertit; &, quà plurimus. *Act.* 5.

Quidquid negaret Juppiter, daret Hercules.

Vidisse natum! MISERA mens est credula.

Octaviam, *quam* Senecæis *tragœdiis librariorum vulgus immiscet, nec hôc loco, nec uspiam alibi, visum est ad testimonium attrahere: cùm ego* Senecam, *tragici nitoris in Latio principem, non autem nominis ejus* subsessorem, *sequi ducem, & respicere, constituerim.* Octaviam *enim quamobrem* Senecæam *non credam; tum alia complura faciunt, ab illius effectissimi viri curis, & annis, abhorrentia: tum inprimis, limatioris censuræ philologorum haud paucorum auctoritas.* Sit satìs *igitur, vel è* novem *his* Senecæ, *magìs* genuinis, *& nemini tam facilè temeréque, suppositionis in caussâ, suspectis lucubrationibus liquére:* nudos, *in Senariorum tragicorum calce,* Dactylos, *temperamentum habere suum;* frænúmque mediocritatis: *Ideóque, tam eos in errore versari, qui* Gymnodactylos, *aut nudos* Amphimacros, *eô loco,* sinè modo, *quàm, qui* nullos penitùs *admittunt.*

Sed, quoniam inter Sæculi memoriæq; nostratis litte-

litteratos ἀλλοδηξους, (*extra Theologiæ ſeptæ limitésque*) *vel imprimis magnum eſt, erítque futuris ætatibus*, Hugonis Grotii *nomen*; *haud extra* (*quod ajunt*) *oleas erit, oſtendere: quódnam illius, hac in controverſia, de* gymnodactylis, *in Jambicorum tragœdiæ Latinæ trimetrorum fine, judicium fuerit*; *non tam* præceptiunculis, *quàm* uſu *potiùs, & exercitamẽtis ipſis, expreſsũ. Obiit ille quidẽ; &, quo fatô, meliùs nemo, quàm ipſe, ſcierit. A me dici, nõ attinet. Vivit interim illius, in libris adiaphori ſcripti, fama litteraria, vivétque poſterorum in manibus: quamdiu teretur* (*utì ſanè teritur*) Chriſtus *illius* Patiens; *&, filio piè compatiens, Virginea mater*: Filiúsque *cæteroqui* Perditionis, *in ſolis tamen* Grotii *jambis non peribit*, Judas. *Ac compoſuit is quidem, &* Joſephum, *ſub peregrino* Sophompáneæ *nomine*: *cujus Actus Quinque, pro rerum & argũmenti dignitate, theatro dati*; *ſenarios, ſeu trimetros ſuos*, duodetriginta *minimùm gymnodactylis abſolvunt. Sed, quoniam guſtus & ſapor publicus, opuſculo, de quo dixi, priori jam olim aſſuetus, libentiùs afflictum* Chriſtum, *quàm florentem gloriâ* Joſephum, *volvit, ac recolit: agè, Luchávi, repræſentemus* illius *potiùs, quàm* Sophompáneæ, *ſenarios, dactylis, aut amphimacris, eliſione nulla præviâ, finitos.*

In Hugonis Grotii PATIENTE CHRISTO, *Clauſulæ trimetrorum gymnodactylicæ, &c.*

MEúmque munus ſpirat, at Mors, arctiùs.
Act. 1.
Mercatur atrox infularum factio.
En, majus agnô Paſcha! noſtro ſanguini.
Huc, huc, adeſte! ſtabitis, nec turbine. *Act. 2.*
& mox.
Dabo retorta ſpontè nodis brachia. *& poſt 3. verſus.*
Niſi in immerentes? ratio conſtat criminum,
Scelerata turba! vulneranti parcitis. *Et poſt unum verſum.*
Te, Petre, differs? ſi magiſtrum vindicas,
Et ſervitutem. nemo vates entheo.
Fruſtra placentis. perfidis ſed viribus,
Sedes: & omni ſueta ſceleri viſcera.
Tunc cùm precandi rempus, at vos languidè,
Gemmis rigentes; quæque plauſu perſonat.
Sc. 2.
Te poſcit orbe. ſeu togatis cœtibus.
Frænare gentem, quæ ſuperbô nomine.
Tam ſueta vinci, quàm domari neſcia.
Sed hic magiſtra quos vetuſtas edidit.
Damnô rapinas ulta, cædem ſanguine,

Quem lædit: ipſe fulminanti dexterâ. *Et poſt unum verſum.*

Mandaret iras? eſſe nec datur impio.
Et cogitur timere vim, non creditam.
Credenda peccat. Iſte vultus polluet. *Act. 3. ſc. 1.*

Qui vendidit, quíque emit. Ubi nunc Pontifex?

Te ſtabit intrà, cura: nec nos crimina. *Et poſt unum v.*

Recipimus, à ſe nam cruentos reſpuit. *Et poſt duos v.*

Probare facinus: exſecrari præmium. *Et continuò.*

Ibo, ibo, ad aras; & nefandô munere.
Gratis loquemur, ſive teſtem quæritis, *Et continuò,*

Habete verum: ſive ſontem quæritis:
Et inferorum clauſtra, magnum juſtiùs.
Mihi ſævus aperit carcer? hanc ubi ſontium *Et continuò.*

Pater ille, cujus non-litantî dexterâ.
Sacrilegus hinc tot illa ſcelerum nomina, *Et continuò.*

Regníq; crimen. Scilicet, maris accolæ. *Scenâ 2.*

Pugnâſſe dextras, cùm lacertos ſtringeret.
Sed innocentem bis repertum, ſævior.
Pudet: at metus ſubegit, æquum ut fraudibus.

Veniens

Veniens ab ævo, liberum quò turgidas.
Plenô refulsit ore, populi gratiæ. *Et post unum versum.*
Ego jam soluta non merenti vincula.
Insontis odiô factus insons, publicum. *Et post unum versum.*
Non vana caræ visa turbant conjugis.
Benefacta perdet? clausa nunc, his mœnibus, *Et continuò.*
Judæa tota est; advenas quos ultimo.
Materia belli, ne periclo succubent. *Et post unum versum,*
Spes una restat: terga jussis milites.
Mendacis ostri: próque serto regiô.
Quem Roma monstrat, colimus; unum Cæsarem.
Primus pererrat, cùm procellas parturit.
Securus esto, quidquid hujus péndere.
Non læta obumbrat arbor: albens ossibus. *Act. 4.*
Jacent nocentûm non sepultæ corporum.
Viríque cultus pauperes, in quattuor (*Et continuè*)
Ivêre dominos, una textu simplici. *Et post unum versum:*
Adjudicanda sorte, casus arbitri.
An sibi salutem. signat illos cædium.
Præses rogatur: ne vel ipsâ vendicet.
At hæc capillos; alia nudîs ubera.
Terrâ fluentem? levet in altum lumina?

Quærit; potéſtque propè videri triſtior.
Salus refugit? rumpe ferrum, & vincula.
Aſtante turbâ fuerat. Eſt, qui ſtipite.
Iterum luenda? Noſtra debent crimina.
Abrumpit æther; nóxque, luci debitas
Adſcripſit. at nos, perditô orbis ſidere.
Compage ruptâ tumulus: unum Manibus.
Sibi certa turba eſt: pársque ſe, pars mortuum.
Periêre dudum: magnô in adyto cernitur.
Poſitône pœnis fine, quem mors attulit.
Hærebat anima: crura ſævis ictibus. *Act. 3.*
Illis ſepulcrum. parce vanis vocibus.
Judiciô in iſto; Cæſaríne? an Cájaphæ?
Manibus pepercit. hoc quoque Italo militi.
Pereant utrique! Tam diu quid fulmina
(*continuò*)
Ceſſant, & imber piceus, & mare peſtilens?
Flammîsq; & enſe Solyma vaſtet mœnia.
Aliena quis non? magna pars, non crimina
Damnat, ſed homines. &c.
Illi, loquendo; nos, tacendo, pródimus.
Oppoſitus antro. Quis ſcit, an mox ſanctior.

Scen. 2.

Évince luctus, ſume avitos ſpiritus.
Ego nata in hoc ſum: ter decem annis amplius.
Nondum audiebat: una adhuc erat íllius (*Et continuò*)
Culpa, eſſe natum. non tamen me terruit.
Electa mater? nulla certè fœmina,

—nulla

— nulla progeniem parens
Meliùs adepta eſt ; nulla pejùs perdidit.
— in nobis ſcelus
Omne eſt repertum : noſter eſt, qui vendidit,
Et, qui ejeravit. &c.
Subit ille motus, quem pudicô pectore
Puella ſenſi. &c.
Debet nepoti. Jam tuos mors pallida
Sequitur triumphos. &c.
Cùm, nube in alta, tot ſedebis gentium
Quæſitor. &c.

En, culti cumprimis, accuratique, temporum noſtrorum tragœdi, dactylos *in fine trimetrorum* nudos, *nondum quidem, illâ Scoticâ licentiâ*, trecentos viginti ſeptem : *ſed, in uno tamen opuſculo*, minùs unô, nonaginta. *Quod nec* intempeſtivum *nos interim arbitremur ; quando, magno plerumq; judiciô, neque facilè citra nervum emphaſimque, poſiti ſunt : nec* immoderatum *exiſtimemus, in tanta verſuum caterorum multitudine ; quorum verſuum, vel in Jambum purum, vel in dictionem, triſyllabâ longiorem, terminatio conſpicitur : quippe, qui ſciamus*, Petronianæ *quoque, (breviſſimæ licèt, &, quæ pagellam non excedat)*, halóſi Trojanæ, *verſus tamen hos ineſſe.*

Cùm, Deliô profante, cæſi vertices.
Qui caſtra caperent. Huc, decennî prælio.
Clamore vulgus. mox, reductâ cuſpide.
Captiva pubes intus ; &, dum murmurat.

Ad

Ad ſaxa fluctus, tumida quorum pectora.
Phrygiôque cultu gemina nati pignora.
Jacet ſacerdos, inter aras, victima.

Plures profectò gymnodactylos, *ac puros amphimacros, totus, apud Senecam*, Oedipus *non habet; quàm hoc Arbitri ſemifolioſum carmen; conſummati tamen, in hoc tragicæ ſcriptionis genere, lusûs exemplar: ad imitandi quondam illecebram, formámque, propoſitum. Verùm, ad antes ut aliquando veniamus,*

Sunt hæc hactenus, Luchavi, quæ tibi ſuperioris anni Majo menſe Dilingæ, quà transibas, verbis generatim, cùm adhuc (ut ſcis) manu carerem, exprompſi; nunc autem, illâ, divinô munere, recuperatâ, ſcriptô complexus Amberga ſum. Quod autem de Gymnodactylis, in fine Senariorum tragicorum, è Seneca, Petronio, Grotióque, protuli: poteram, facilitate non diſpari, de Tetraſyllaborum etiam, & iis prolixiorum finium, moderamine, contra Buchanani compertiſſimam, in hoc genere, cæterísque pluribus, immoderantiam, iisdem ex auctoribus demonſtrare. Quod ego ſi facerem; indignari mihi manes (opinor) illius Scoti non ideò deberent: cùm innocentiùs ego multò, de tragici Jambi legibus *locô ſexto; quàm ille, de* JURE REGNI, *ſuos* APUD SCOTOS, *diſputarem.*

Verùm hæc ego, Luchávi dilectiſſime, PERPENDICULO *reſervo* SENECÆO; *ſtudiosè jam, & conſummatè, comportato; nondum*

dum tamen evulgato: cujus à regulis, in Sex his Antiquitatum Angelicarum libris, sciens volens usqueadeo recessi nunquam; ut, ex allatis, in Perpendiculo, Senecæis exemplis, & auctoritatibus, constare singulorum & omnium, non modò versuum, *sed &* pedum, *ratio queat. Illic, non modò de loci sexti tetrasyllabis agitur: sed, de primi quoque loci* Proceleumaticô, *seu* quatuor continuarum brevium, *pede, (quem, sicuti valde Seneca frequentat, ità caterorum aliqui prorsus ignorant): quos item quisque Senarii tragici locus pedes, quóve situ, dispositúque vocum, & syllabarum, & Elisionum, recipiat? Cæsurarum quoque, nec non variationis illarum, ac numeri, (ne semper eâdem obterremus chordâ) quàm diligens habenda sit, ac delicata, ratio: quæque sunt alia talia; tuis, ac tui similium, charissimorum mihi capitum, expetita votis, explicantur.*

Quæ cuncta singuláque tragici cantûs ornamenta, quàm utique religiosè strictéque, tum ipsius etate Bernardinus Stephonius, & Carolus Malapertius, tum post hos etiam Dionysius Petavius, Alexander Donatus, Ludov: Cellotius, Solymannus, & alii nonnulli Societatis scriptores, observârint; si vel potuisset Euphormio (*de quo dixi*), *vel voluisset, expendere: cunctantiùs ille fortassis scoptico suo,* Crispi tenendi *suppriмendive, voto, caussam hanc, non sinè convitii sputo, subjunxisset, cùm ait;* Ne scire cogeremur,

Eos

Eos (*Acignianos*) non infeliciùs ſcribere, quâm agnoſcere, verſum.

Atqui, nec parùm feliciter ii, quos nominavi, compoſuêre verſum; *nec cacè, quámnam ad normam componerent, diſpexêre*: Senecæi *videlicet cothurni majeſtatem, ad imitationem eſſe debere propoſitam*, agnoſcentes. *Potuiſſet autem dicax hic Satyricus, alii potiùs cuipiã, ac nempe ſibi propinquiſſimo, ſanéque* Pluſquam alteri ſibi, *quæſtiunculam hanc, circa verſuum &* ſcriptionem & agnitionem, *movere*: *Quísnam, aut ad cujus Luſinia regulas, cecinerit?*

Dives, *en*! hîc cervus, quem ditia tela fatigant. *l. 2, ſuorum erotopægniorum.* Item, *eorundem libro* 3.

— hoc fœdere mundus
Gaudet. *en*! ut fervent lætantûm miſta Deorũ
Agmina --

De libri verò quarti verſu, quid dicent proſodici? qui verbum Eo, redeo, *cæteráque Compoſita, quarti faciunt ordinis? & ſecundas eorum perſonas ſingulares indicativi modi*, Subis, adis, inis, abis, redis, præis, *ultimâ produci, docent.*

Ni *redis*, ô hominum præſes; jam fræna remittat Juſtus honos legum —

Ex epigrammate quoque, neſcio quo, verſûs hendecaſyllabi, de quadam Melidoria querentis, recordor: quem, quísnam condiderit, dicat Euphormio; *quò verſum poſthac, nec* infeliciter ſcribere, *nec inſipienter* agnoſcere, *diſcamus.*

Quos

Quos dicunt hominum, *puellarúmque. qua novandi libertate, quispoëta deinceps & Musarum suarum syllabam mediam corripere, religioni sibi duceret?*

Ad Perpendiculum *ergò potiùs* Senecæum, *quàm ad novas has poëses, animum convertamus, ac manum.*

Et hoc faciemus(*inquit ad Hebræos sextô capite divinus Paulus*); si quidem permiserit DEUS. *Tu vale, meî memor: qui, tuî jucundâ memoriâ, contexui, quam vides, & habes,* dactylothecam.

Amberga Palatinorum, 18. Calendas Majas, Anno M. DC. LXIIX.

Tuus semper, Ilibessus.

Typo-

Typothetica vitia
sic emendabis.

Paginâ 36. *v.* 18. Iot. *legendo*, Lot.
Pag. 92. *v. penult.* deneger. *leg*: degener.
Pag. 96. *v.* 8. *post*, propior, *addendo*,)
Pag. 124. *v. ult.* Archiopici. *leg.* Æthiopici.
Pag. 128, *v.* 19. Junii. *leg.* Maji.
Pag. 131. *v.* 18. Infausta. *malè expressum.*
Pag. 140. *v.* 10. uti. *leg.* utì.
Pag. 148. *v.* 2. Josva. *leg.* Josua.
Pag. 154. *v.* 20. nascentiæ. *leg.* nascentia.
Pag. 163. *v.* 2. & 3. lagegæque *in quibusd. exemplaribus*, *leg.* lagenæque.
Pag. 167. *v.* 8. *ant. fin.* Ezcchiæ. *leg.* Ezechiæ.
Pag. 227. *v.* 4. (518) *leg.* (516.)
Pag. 268. *v.* 7. *ant. fin. in multis exemplaribus.* Georgius. *leg.* Christoph;
Pag. 283. *v.* 9. (115) *leg.* (215)
Pag. 304. *v.* 17. *post*, Necessitatis, *addendo*, *Eccli:* *cap.* 6. *v.* 10.
Pag. 319. *v. ult.*)apud Plin. *leg.* (apud Plin.
Pag. 334. *v.* 5. vænicbant. *leg.* vænibant.

ADLT

BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Bissel, Johannes,

Ioannis Bisselii ... Antiquitatum angelicarum Veteris Testamenti, tuba iambica

Augustae Vindelicorum 1701

P.o.lat. 1684 u
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10609968-0
VD18 15243656-001